

Theologiæ Spiritualis Scholasticæ Et Moralis Tomvs ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Joannis Duns Scoti D. Augustino Conformem

In quo tractatur de Providentia Divina, Prædestinatione & Reprobatione.

Item de Fide Divina, ejus veritate, obscuritate & credibilitate

Bosco, Jean a

Antverpiae, 1686

Concl. Finalis: Angeli sunt electi efficaciter ad gloriam, ante absolutam
prævisionem meritorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73708](#)

etiam cooperatio ad materiale peccati.
Et vero & reprobatio negativa est causa per-
missionis, quid evidentius, quam permissionem
eius esse efficitum? Ac per consequens subtra-
ctionem gratiae finalis, seu eius carentiam, qua-
non distinguitur à permissione? Ad iram Dei
inquit D. Aug. Enchir. cap. 27.) pertinet ju-
stitia, quidquid cetera & indomita concupiscentia
faciunt libenter mali, & quidquid manifestis oper-
is que genitio patiuntur invitti. Et Epist. 105. Cujus
rult miseretur (dando gratiam congruam) non
justitia, sed misericordia gratia, & quem vult ob-
durat (subtrahendo congruam) non iniquitate,
sed veritas vindicta.

Rogas: ecceq; veritas vindicta? Quarimus
(inquit ibidem) meritum obdurationis (id est,
subtractionis gratiae finalis) & invenimus. Meri-
tum namque peccati (originalis) universa massa da-
mata est. Hinc lib. 1. ad Simplie. q. 2. ait: Ob-
hoc dicitur obdurare peccantes quosdam, quia non
coram miserebatur (dando gratiam efficacem) non
quia impulsi, ut peccent; eorum autem non mi-
seratur, quibus misericordiam non esse prae-
dicta equitissimam, & ab humanis sensibus remo-
tissima judicat. Item lib. 2. de Peccatis. merit.
cap. 17. Ut innescat, quod latebat, & suauifiat,
quod non delebat, gratia Dei est, quia hominum
separata voluntates: quia ut non adjuventur, in ipsis
indem causa est, non in Deo, sive damnavi prae-
destinatus propter iniquitatem superbia, sive contra
ipsam suam superbiam judicandi & erudiendi, si
sunt misericordia. Et quis ignorat, illam su-
perbiem esse peccatum originale?

Ergo, secundum D. Aug., quod aliquorum
hominum voluntates non adjuventur gratia
Dei, id est, earent gratia efficaci ad vitandum
peccatum finale, quidni sit effectus derelictionis
in massa perditionis? A qua utique non
sunt aliore judicio (pro loquitur lib. de Do-
no perlever. cap. 14.) gratia praedestinatione
dilecti. Et quod aliorum voluntates adju-
ventur, effectus est derelictionis in massa perdi-
tionis; derelictionis, inquam, per gratiam prae-
destinationem. Quod eleganter expressit lib.
de Getis Pelagi cap. 3. dicens: Abst, utii, qui
secundum proprium vocati sunt, quos prefecit &
prædilexit conformes imaginis Filii sui, suo, ut
perent, defecatio dimittantur. Hoc enim patientur
rebus, que perfecta sunt ad perditionem. Con-
ficiunt lata permulta possent afferri; sed
quia obvia sunt, ea omitti, confidens, quod
jam adducta omnibus sufficient, ut nobilium
dicant, subtractionem gratiae finalis esse effe-
ctum reprobationis tum negativa, tum positi-
va incompleta, etiam ex mente D. Augustini,
qua nolumus recedere.

Auge hie fuisset finis præsentis Disputatio-
nis, nisi aliquis à nobis quæluisse; utrum, quæ
hactenus de prædestinatione, & reprobatione
hominum tractata sunt, extendi quoque de-
bent ad prædestinationem, & reprobationem
Angelorum, maximè in sententia D. Augusti-
ni, quem Aliqui putant docere, prædestina-
tum II.

tionem Angelorum non fuisse gratia, sed mer-
itorum; id est, Angelos non fuisse prædicti
natos ante prævisionem perseverantia, seu ab-
solutam prævisionem meritorum, esto homi-
nes sic fuerint prædestinati. Hanc, inquam,
existimant esse clarissimam doctrinam excellen-
tissimi præconis, & acerrimi propagatoris
gratiae divinae S. Augustini; ac propterea nullatenus ab ea fore recedendum. Sed nunquid
audiend? Non arbitror, & ideo Dico,

CONCLUSIO IX.

Angeli sunt electi efficaciter ad
gloriam ante absolutam præ-
visionem meritorum.

Hec est sententia nostri Theodori sup. n.
658. dicentes: Primum decretum efficax &
abolutum, quod Deus habuit circa salutem elec-
torum Angelorum, sicut electio eorum ad glo-
riam, & ex hac processu eorumdem electio ad
gratiam, & merita seu decretum executivum,
eos per gratiam & merita, perducendi ad glo-
riam præfiniat. Sic ille. Quam doctrinam (ut
notat n. 657.) magis supponunt, quam tractant
Scholastici DD. in 1. dist. 40. & 41. & apud D.
Tho. 1. p. q. 23. a. 5. ubi de causâ prædestinationis
Angelorum ferè nihil tractant, ed quod
candem illius rationem esse sentiant, qua est
causa prædestinationis hominum, adeo ut, qui-
bus argumentis haec probatur esse gratuita, et
iam illam gratuitam esse maneat probatum.
Unde D. Tho. q. jam citata a. 1. ad 3. ait. Præde-
stinari convenit Angelis, sicut & hominibus, licet
namquam fuerint miseri. Et paucis interjectis:
Nihil refert ad rationem prædestinationis, utram
aliquis prædestinatur in vitam aeternam à statu mis-
eria, vel non. Quamvis dici posit, quod omnis collat
boni supra debitum ejus, cui confertur, ad misericor-
diam pertineat.

Præterea, ead. p. i. q. 62. a. 2. in corp. inquit:
Angeli indigerunt gratiam ad hoc, quod converte-
rentur in Deum, prout est objectum beatitudinis, id
est, supernaturaliter & meritorie. Quod & de
homine integro asserit 1. 2. q. 109. a. 8. in corp.
ibi: Secundum statum natura integræ etiam sine
gratia habituali poterat homo non peccare nec mor-
taliiter, nec venialiiter: quia peccare nihil aliud est,
quam recedere ab eo, quod est secundum naturam,
quod vitare homo poterat in statu natura integræ: non
tamen hoc poterat sine auxilio Dei in bono conservan-
ti, quo subtractione, etiam ipsa natura in nihilum deci-
deret. Quanto magis sine hoc auxilio recederet
ab eo, quod est secundum naturam, adeoque
peccaret? Est autem eadem ratio quod indi-
gentiam auxillii gratia hominis integræ, &
Angelii, juxta Augustinum, infra citandum.
Censent ergo (concludit Smiling sup.) D.
Thomas & ceteri Scholastici, etiam omnis
Angelici meriti principium esse gratiam, ^{Onnis An-}
^{gelici meriti principium esse gratiam,} adeo.

Gg 2

pium est
gratia.
Smiling.

ad eoque Angelum per suum liberum arbitrium gratiam non meruisse. Atque ex his consequenter (inquit idem Auditor n. 658.) dicendum est, Angelos non esse prae destinatos ad gloriam ex praevisis meritis, non solum solius liberi arbitrii, sed nec liberi arbitrii, & gratiae, prout docuius de praedestinatione huiuscum ad gloriam. Sic ille.

194.
Anid doceat
S. Aug.

Et merito, si constet, de Angelis & hominibus quoad indigentiam gratiae, qua se primi convertant in Deum, vel perseverent, esse pare rationem. Quamvis autem haec paritas (ut notat Smil. sup. n. 653.) non satis exprimatur in sacra Scriptura (nisi quis hoc modo accipiat illud Apocal. 21. v. 17. Mensa hominis, qua est Angelii) Patres tamen, & Scholastici D. eam tradiderunt. Quod ibi & n. sequenti probat hic Auditor de Sancto Aug. quem ramen Adversarii nostri suum esse clamant, potissimum ex illis, quam habet lib. de Corrept. & grat. a cap. 10. usque ad cap. 13. Et quia hodie haec controverbia nimium ventilatae, non gravetur Lector, si in referendis verbis S. Aug. longior sum, quam forte optaret.

Igitur cap. 10. circa medium sic ait S. Doctor. Loca quada Quapropter salubrime confitetur, quod rectissime S. Aug. ex Deum Dominumque rerum omnium, qui lib. de Cor. creavit omnia bona valde, & mala ex bonis exortare esse praeclarum, & scivit magis ad suam omnipotentissimum bonitatem pertinere, etiam de malis bene facere, quam mala esse non sine, sic ordinasse Angelorum, & hominum vitam, ut in ea prius ostenderet, quid posset eorum liberum arbitriam; deinde quod posset sua gratia beneficium, iustitiaque judicium. Ac post pauca: Ceteri autem (ceteri boni Angelii) per ipsum liberum arbitrium in veritate stearunt; et amque de suo causa nunquam futuro certissimum fore meruerunt. Et intra de primo homine ait: Sic & hominem fecit cum liber arbitrio, & quamvis futuri casus ignoramus, tamen idem beatum, quia & non mori, & non miserum fieri in sua potestate esse sentiebat. In quo statu recto, ac fine virtutis per ipsum liberum arbitrium manere voluisse, profecto sine ullo mortis & infelicitatis experimento accepit illam meritum hujusmodi permanens beatitudini plenitudinem, qua & sancti Angeli sunt beati, id est, ut cedere non posset ulterius, & hoc certissime scire.

195.
Tertius.

Deinde c. 11. de primo homine (id est de Angelo) scribit in haec verba: Nec ipsum ergo Deus esse voluit, sine sua gratia, quam reliquis in ejus libero arbitrio, quoniam liberum arbitrium ad malum sufficit; ad bonum autem nihil est, nisi adjuvet ab omnipotenti bono (id est, Deo) quod adjuutorium si homo per liberum non deseruit arbitrium, semper effe bonus; sed deseruit, & deseruit est. Tale quippe erat adjuutorium, quod deserret cum velle, & in quo permanere si veller, non quo fieret ut veller. Ac non nullis interiectis concludit: Tunc ergo dederat homini Deu bonam voluntatem, in illa quippe eum fecerat, qui fecerat rectum. Dederat & adjuutorium sine quo in ea non posset permanere, si veller, ut autem veller, in ejus libero reliquit arbitrio. Posset ergo permanere, si veller, quia non deerat adjuutorium, per quod posset, & sine quo non posset perseveranter bonum tenere,

quod veller. Sed quia noluit permanere, profecto quia culpa est, cuius meritum fuisset, si permanere voluisse, fecerunt Angelii sancti, qui, cadentibus aliis per liberum arbitrium, per liberum arbitrium stet, ruerunt ipsi, & hujus mansionis debitam mercede re, ripere meruerunt, tantum scilicet beatitudini plenitudinem.

Denique: in fine ejusdem cap. ita scriptum est: Et accepit (primus homo) pess. si velle, sed non habuit velle quod posset, nam si habuisset, perseverasset. Posset enim perseverare etiam, si velle, quod nollet de libero defendit arbitrio, quod tunc ita liberum erat, ut bene velle posset, & male. Quid enim autem liberius liber arbitrio, quando non potest vivere peccato, quia futura erat & bonum, sciat nulla est & Angelis sanctis merces meriti. Nunc autem, pro peccatum perdita bono merito, in his, qui liberantur, factum est donum gratiae, quia merces meriti suam erat. Similia habet cap. 12. ubi comparat adiutorium sine quo non alimentis, dicens: Num ne alimentis non possumus vivere, nec tamen, cum ad fuerint alimenta, eis sit, ut vivat, qui mori voluntur. Ergo adiutorium alimentorum est, sine quo non possit vivamus.

Lx his inferunt Adversarii. Primum vel inde, atque non usum istius adjuutorii non ab ipso adjuutorio, sed a voluntate petendum est; non enim adjuutorium illud impellere voluntatem, sed solum se habebat tanquam aliquid, sine quo voluntas non poterat se determinare: sicut e.g. habitus non dat voluntatem vel non velle, sed tantummodo est aliquid, que quo aetate volendo non sit. Similiter, lux non dat potentia videre, vel non videre; sed tanquam aliquid, sine quo actus videndi non sit. Hinc iisque secundum: quod discriminat perseverantem Angelorum, & non perseverantem non debet adscribi adjuutorio, sed nutui voluntatis, quamvis actio non fieret sine adjuutorio influente: nam voluntas est illa causa, quae noui totam machinam ad motum impellit, aut omnem esse finit.

Infertur tertio, actiones Angelorum, id est, merita, aut perseverantiam meritorum non esse nisi specialia Dei dona, quippe non speciali donacione seu gratia, sed dumtaxat in radice domata, scilicet in illo adjuutorio sine quo non: nam ipsum velle, & perseverare dabat voluntas, non illud adjuutorium; atque adeo velle, & agere bonum non erat donum speciale Dei, sed tantum generale: nunc autem & generale est, & speciale quia Deus erit per ipsum adjuutorium gratia ipsum velle donando donat & meritum, & ipsum perseverante operando donat & perseverantiam. Sequitur quartum: recte dicit, Angelos stetisse per quas virtutes liberi arbitrii, quamvis non sine gratia; ac consequenter merita eorum esse merita liberi arbitrii, ac sua, non tam sine influxu super naturae gratiae; contrario autem iam sancte maria gratia, quia gratias a gratia donata humanas voluntates.

Infertur quinto: neque vitam eternam esse Angelis gratiam specialem; sed mercedem meriti; nunc autem est converso gratia Dei est, non

non solum meritum, sed & vita æterna; quia gratia est nobis omne meritum, cui vita æterna datur; quippe, si meritum est specialis gratia donum, etiam præmium: quod si meritum solum est generale donum, & in radice tantum date potestatis, præmium quoque non erit, nisi donum generale. Ex his omnibus (inquit Adversarius) latet patet, prædestinationem Angelorum non fuisse prædestinationem gratia, sicut est prædestination hominis post lapsum, sed prædestinationem meritorum; ac proinde non esse eandem rationem hujus, & illius prædestinationis, neque prædestinationem Angelorum fuisse factam ante prævisa merita, sicut probabilius est facta prædestination hominis post lapsum.

Quarè nullibi S. Aug. tradit, merita, aut perseverantiam Angelorum fuisse prædestinationem, seu ipsos prædestinatos, ut in bona voluntate periferentur, sed solum præelectos vel prævulos; prout etiam loquitor de Angelis malis. Dilectio eius verba ex lib. 3. de Libero arbitrio cap. 5. Si bonitatem Conditor prelubat ad eam (creaturam) condendam, cujus prævidit futura peccata; nullo modo non præberet eam bonitatem, ut creaturem conderet, quam peccatum non esse (id est, perseverantiam esse) prescivit. Et cap. 11. Nec id in bona voluntate permanet (Angelus beatus) quia hoc accepit officium (potu continendum) sed idem accepit, quoniam ab illo, qui dedit permanens prævisa est. Rurius c. 12. Quamquam non peccavit (creatura Angelica beata) sicut eam non peccatum præscivit Deus. Denique cap. 17. Sicut vellem, si fieri posset, quarè illa natura peccati, quam non peccatum præscivit Deus.

Consimiliter loquitur de primo homine Enchir. c. 104. Quapropter etiam primum hominem Deus in ea salute, in qua conditus fuerat, custodie volueret &c. si ad permanentium sine peccato, sicut factus fuerat, perpetuum voluntatem habituimus esse præscisset: quia vero eum male usurum libero arbitrio, hoc est peccatum esse præscivit, ad hoc patiens preparavit voluntatem suam, ut bene ipse fuerit etiam de male faciente. Hæc est summa doctrina Adversariorum, & impugnatio nostræ, defumpta non tam ex Scriptura, aut ratione, quam ex autoritate D. Augustini. Verum enimvero ad hoc ultimum facilis est responsio: nam neque homines post lapsum dicunt communiter prædestinati ad damnationem, vel ad peccata; sed præsciti, ergo hoc rectissime dixit August. de primo homine, & Angelo male. Cùmque ordinari, quando agit de Angelo bono, simul loquatur de Angelis malis, idem & Angelum bonum dixit esse præscitum, non peccatum, sive perseverantia: maximè, cum in superioribus ostenderimus ex Aug. præscientiam præsupponere prædestinationem, immo in Scriptura aliquando accepi pro ipsa prædestinatione ad bonum, sive ad salutem.

Attende etiam ad id, quod ait Aug. de Civit. Dei l. 1. c. 10, circa finem. Aitque ista permanente felicitate (patiorum parentum) donec per illa bens distinet, quod dictum est: Crescite & multiplicamini,

ni (Gen. 1. v. 28.) prædestinationem Sanctorum numerus completeretur, alia major daretur, qua beatissimus Angelus data est. Et c. 26. ait, Non desuit usque confilium, quo certum numerum civium suâ sapientia prædestinatum, etiam ex damnato genere humano sue civitatis impleret: non eos jam meritis (humanis) quondam quidem universa massa tanquam in vitiata radice damnata esse, sed gratia discernens, & liberatis, non solum de ipsis, verum etiam de non liberatis, quid eis largiatur ostendens. Ecce ubi Aug. prædicat prædestinationem Angelorum, vocans eos prædestinatos; nam & ipsi in numero Sanctorum, & civium comprehenduntur, ut clarum est. Respondent Adversarii, id esse intelligendum, vel ut prædestinationem respicit sanitatem, & numerus Sanctorum prædestinationem dicatur, qui omnes omnino beatificandi ad sanitatem gratuitò prædestinati sunt; quia gratuitò vel in ipsa creatione, vel in restauracione sanctificati. Vel secundò: ut Secunda. Sancti omnes prædestinati etiam ad gloriam dicantur partim electione gratia, partim meritorum. Vel denique: ut prædestinationem Tertia. Sanctorum numerus idem sit, quod prædestinatus Sanctorum numerus, ut non sancti omnes generaliter prædestinati prædestinatione gratia dicantur, sed numerus tantum. Sic illi.

Quaro ego: & quid est numerus Sanctorum, nisi generaliter omnes Sancti? Si ergo numerus prædestinatus est prædestinatione gratia, quidni & generaliter omnes Sancti? Et ubi, quæsto, distinguit D. Aug. inter prædestinationem Angelorum ad gloriam, & prædestinationem Angelorum ad gloriam, & unam vocat gratuitam, alteram autem debitam? Si ergo Angeli gratuitò sunt prædestinati ad gloriam, cur non etiam ad gloriam?

Nonne prædestination ad gloriam tamquam finem præcedit prædestinationem ad gloriam, tamquam medium? Cur potius in hominibus, quam in Angelis? Nunquid & homines lapsi merentur gloriam? Et tamen eorum electio ad gloriam dieitur gratuita, quia gratuitò electi sunt ad gloriam. Si ergo Angeli Sancti gratuitò prædestinati sunt ad sanctificationem, ut Adversarii volunt, quia gratuitò in ipsa creatione sanctificati, quidni quoque gratuito prædestinati ad gloriam? Loquor de prædestinatione in intentione. Et loquitur Aug. primo loco citato de illo numero prædestinationum, qui fuisset, si Adam non peccasset, ut patet ex verbis allegatis: nullus autem ex illo numero secundum Adversarios fuisset prædestinatus prædestinatione gratia, sed meritorum tantum. Hæc dispice, & videbis probationem Adversariorum ex nomine præscientie, vel prædestinationis parum aut nihil roboris habere.

Prima probatio, defumpta ex verbis D. Aug. quibus dicit, Deum reliquisse gloriam in libero arbitrio primi hominis, & Angelorum; Angelos stetisse per vires liberi arbitrii &c. maior rem videtur habere difficultatem, quamvis revera non habeat, bene intellectis terminis, ut

G 3 patebit

Ang. pluri- patebit ex dicendis. Respondent ergo quidam, *bis locis ap-* etiam Augustinum pluribus locis afferere, gra-*serit, gratia* tiam esse reliquam in arbitrio hominis lapsi. U-*seliciam* sum aut alterum tantum locum assignabimus, *fore in ar-* alius præternissis gratia brevitas. Dicit ergo
bitrio homi- D. Aug. lib. 2. contra Lit. Petilian. c. 84. Si
nis lapsi. tibi (alloquitur Petilianum) proponam quisi-
Primus lo-
nem: quomodo Deus Pater atrahat ad Filium homi-
nes, quos in libero dimisit arbitrio, fortasse eam dif-
fisiile soluturus es. Quomodo enim atrahit, & di-
mittit, ut quis, quod voluerit, eligat? Et tamen utrumque
verum est; sed intellectu hoc penetrare pauci va-
lent. Si ergo fieri potest, ut quos in libero dimisit arbitrio atrahat tamen ad Filium Pater; sic fieri po-
test, ut ea, qua legam coercitionibus admonentur,
non auferant liberum arbitrium. Si in statu naturæ
lapsi sit libertas arbitrii cum gratia efficaci,
etiam in statu naturæ integræ stare potuit. Et
quidni de facto steterit in Angelis sanctis? Sed de hoc plura infra.

206. Alius locus sumitur ex lib. 50. Homil. Homil.
Secundus. 12. ubi S. Doctor interrogat peccatorum dicentes:
Cum per Dei adjutoriorum in potestate tua sit, utrum
consentias diabolo, quare non magis Deo, quam ipse
obtemperare deliberas? Si enim filius diabolus daret
consilium, & Deus taceret, haberet quo excusari
posset; cum vero Christus tibi, & conscientia tua con-
tradicat, & per Scripturam divinas audias in Ecclesie,
quod non debes facere malum, quare eligit
mortem, & deserit vitam, & magis rù sequi diabolu-
lum ad luxuriam, quam obtemperare Christo, qui te
invitat ad vitam aeternam? Rogo ergo vos, fratres
charissimi, quare satanas seducit ad peccandum, cum
Deus posuerit homini in potestate non consentire sa-
thana? Est enim à dextris quodammodo præcipiens
Deum, à sinistris seducens satanas, homo in medio
constitutus; cor, quod inclinatur ad diabolum, quare
non potius erigitur ad Deum? Non enim diabolus
cogendo, sed suadendo nocet, nec extorquet à nobis
consensum, sed petit. Nos diabolum non adjuvemus,
& vincimus. Dat quidem ille consilium, sed Deus
auxiliante nostrum est vel eligere, vel repudiare,
quod suggerit.

207. Agit ibi Augustinus de hominibus lapsi, qui
Expenditur, excusabant se à peccato, dicentes: Non ego feci, sed
diabolus. Ex eodem modo loquitur de Adamo,
& Eva, qui volebant se excusare à peccato; Eva
quidem dicendos: Serpens decepit me: Adam: verò:
Mulier, quam dedisti mihi, &c. Attendite (inquit
Aug.) & aliud, quando dicit homo, quod seductus
est à sathana; quando dicit se seductum, confiteretur ex
parte; sed tamen negat se fecisse, & dicit: Ego nihil
feci, diabolus fecit. Conatus est dicere illud Adam:
ipse se enim excusare voluit de muliere; mulier se
excusare voluit de serpente. Dominus autem Deus,
qui liberum arbitrium dedit homini, & eum præcepto
suo adversus serpentis venena firmaverat, non audiuit
istas excusationes. Igitur non bene respondent
Adversarii; Augustinum ibi solum velle afflere
re libertatem à coactione; nam, secundum ip-
pos, & rei veritatem, Adam & Eva habuerunt
libertatem à necessitate; ergo & homo lapsus
habet: aliquin, tamen illi male fecerint se
excusando; haud inde efficaciter sequeretur,

quod homo lapsus jam male fecerit; & tamen
æqualiter loquitur Aug. de utroque: Sigillum
ergo est, quod judicaverit, etiam homini lapsi
competere gratiam sufficiētē ad resistendum
diabolo, ac proinde libertatem à necessitate; &
per consequens, gratiam esse reliquam in arbi-
trio hominis lapsi. Verum quidem est, Aug. &
contra Pelagianos negavit voluntatem gratia possi-
cogi, & afferuit eam liberam à coactione, con-
ciliando sic gratiam efficacem & victricem cum opib.
libertate à coactione; sic enim interrogabat
Jul. l. 1. operis nunc perfecti contra Jul. n. 91.
Ad quem modum liberatur (voluntas in baptisma-
te) ut bonum semper velle cogatur, & malum re-
non posse: an utrumque possit appetere? Respondit
Aug. Quomodo... dicas eum, cuius voluntatem nos
dicimus à Domino preparari, ita fieri voluntatis,
ut bonum velle cogatur (quod abstinet ut dicatur a
nobis) viderit præclaru intelligentia tua; si enim cogi-
tur, non vult: Et quid absurdius, quād ut dicatur
nolens velle, quod bonum est? Sed nota, quod cogi-
apud Julianum idem sit, quod utrumque non
posse: unde non sumpsi coactionem propriam
ut per eam voluntas ad unam sine boni, sine malorum
mali partem ita affigatur, quod ad contraria terrena
partem transire non possit. Ipse Julianus co-
dicionem & necessitatem confundit, dum dicit:
Eesse possibiliter illam expertum cogentis negotia-
tis, utpote qua in suopte iure habet, utram fugi-
rentia partem sequatur. Eodem sensu S. Augustinus
usurpat sèpè nomen coactionis, contrà Mani-
chæos, & tamen hi non dicebant, animam bonam à malo principio propriam cogi, sed effi-
cierunt tantum allici. Dicebant Manichæi, ait
Aug. l. de duabus animabus cap. 12. Animam à
contraria natura cogi delinquere, &c. hoc elita
allici, Vt resiliendi potestas nulla sit. Et Dispa-
contra Fortuatum Manichæum, eundem se
affatur: quomodo habemus peccata, si natura con-
traria cogit nos facere, quod facimus? Qui enim cogi-
tur necessitate aliqua facere, non peccat. Item con-
tra Gerund. Manich. c. 19. Si cogitur consentire,
ita ut non sit in ejus potestate alter facere, non re-
luntur consentire. Hinc pater libertatem ab im-
propria coactione coincidere cum liberate
propria à necessitate. Apud Augustinum quoque
que idem est voluntate consentire, seu voluntate
peccare, & absque ulla necessitate peccare:
voluntate bene agere, & absque ulla necessitate
bene agere, quod non soli Adamo, sed & no-
bis omnibus competit ex Aug. contra Gerund.

Pelagiani quidem conabantur coactionem
propriam dicendam & conjunctam relucitatem
luntatis Catholicis affingere; hinc dicebant:
ipsi se voluntate conseruit quoque adjuvare uniuscujusque bonum
propositum, non tamen relucitanti studium virtutis
immisere. Et addebat: quia personarum acceptio
non est apud Deum. Quid ad hæc S. Augustinus?
De coactione propria nihil, sed de necessitate
gratiae

gratia disputare pérgit, inquiens; Ex his eorum verbis intellexi, ob hoc illos vel putare, vel putari vel le. fatus nos afferere sub nomine gratia, quia gratiam Dei non secundum merita nostra dicimus dari, sed secundum ipsum misericordissimam voluntatem.

Pergit et. illud est, quod debemus advertere, utrum invito & reluctanti homini Deus insipiat boni cupiditatem, ut jam non sit reluctans, non sit invitus, sed confidens bono, & volens bonum. Ipsi enim (Pelagianis) volunt in homine ab ipso homine incipere cupiditatem boni, ut huius capti meritum etiam per pacienti gratia consequatur; si tamen hoc saltet volunt. &c. 10. Dicunt se confiteri, gratiam quoque adjuvare uniuersumque bonum propositum, non tamen reluctanti studium virtutis immittere. Hoc quippe ita Dicunt, velut homo a seipso sine adjutorio Dei habeat propositum bonum studium que virtutis, quo merito precedente dignus sit adjuvari Dei gratia subsequente. En Pelagianorum scopus: qui &c. 8. Objicendum putarunt, quid invito & reluctanti homini Deum dicamus inspirare non quantumcumque boni, sed & ipsius imperfecti cupiditatem. Haec refellit August. inquiens: fortassis ergo ipsi eo modo saltent servant lucum gratia, ut sine illa patent hominem posse habere boni, sed imperfecti cupiditatem: perfecti autem per illam posse, sed nisi per illam omnino non posse: verum & sic gratiam Dei dicunt secundum merita nostra dari, quod in Oriente Pelagi, Ecclesiastis gestis damnari timendo, damnatio in vita. Si enim sine Dei gratia per nos incipi cupiditas boni, ipsum captamerit meritum, cui tanquam ex debito gratia venia adjutorium &c. Necesse est gratiae stabilitatem, per transannam verbis Pelagianorum: Non tamen reluctanti studium virtutis immissit; ita subiungit: Posset bene intelligi, si non ab ipsis, quorum sensus notus est, diceatur. Reluctantibus prius aditus divinae vocationis ipsa de gratia procuratur, ac deinde in illo jam non reluctante spiritus virtutis acceditur. Et c. 9. ita concludit: Oramus ergo non solum pro nobilibus, sed & paucis pro repugnantibus & oppugnantibus. Quid ergo perimus, nisi ut sicut ex nobilibus voluntate, ex repugnantibus consentientes, ex oppugnantibus amantes? à quo nisi ab illo, de quo scriptum est: preparatur voluntas à Domino. De coactione propria falso Catholicis impostra non fuit S. August. sollicitus, sed de stabilienda gratia.

102. Gratiam sanitatis, seu naturæ integræ, perinde a gratiam medicinalem, seu naturæ lapsum operari ex mente D. Aug. ipsum velle, colligetur ex cap. 9. lib. 12. de Civit. ubi investigans causam bona voluntatis Angelorum sanctorum, sic ait: si non poterum seipso facere melioris, quam eos ille fecerat, quo nemo melius quidquam facit: proficere & bonam voluntatem, quæ melius essent, nisi operante adjutorio Creatoris habere non possent. Et cum id egi eorum voluntas bona, ut non ad seipso, qui minus erant, sed ad illum, qui summe est, converterentur, eique adharentes magis essent, ejusque participatione sapienter beatèque ruerent: quid aliud ostenditur, nisi voluntatem quamlibet bonam incepit fuisse in solo desiderio re-

mansuram, nisi ille, qui bonam naturam ex nihilo sui capacem fecerat, ex se ipso faceret implendo meliorem, prius faciens excitando avidiorem?

Quæ licet forsitan de charitate habituali, aut de prima voluntate, quam in creationis sua initio Angeli suscepserunt, dicta alieui video possent; equidem de qualibet Angeli voluntate bona, & maximè de illa, quæ steterunt, dici possunt, & vero debent; alias meliores a seipso, quam illo facti sunt. Neque obstat, quod Adversarii admittant adjutorium sine gratia, & influxum gratia supernaturalis præcluduntur.

Et quod potissimum hic urget sunt sequentia verba, quæ paulò inferiori subjungit S. Doctor. Unde sine bona voluntate, hoc est, Dei amore nunquam sanctos Angelos fuisse credendum est. Ipsi autem, qui cum boni creati essent, tamen mali sunt faciem. S. Aug.

Boni Angeli pre alii accepterunt gratiam ex proprio voluntate, quam bona natura non fecit, nisi cum a bono sponte defecit, ut mali causa non sit bonum, sed defectus a bono: aut minorem accepserunt amoris divini gratiam, quam illi, qui in eadem persistierunt, aut si utrius boni aequaliter creati sunt, istis malæ voluntate cadentibus, illi amplius adjiciunt ad eam beatitudinem plenitudinem, unde se nunquam casu certissimi fuerint, persevererunt. Ergo, secundum D. August. boni Angeli præ alii accepterunt à Deo gratiam efficacem perseverandi, & non steterunt per liberum arbitrium cum priori, & æquale gratia malorum Angelorum. Respondent Adversarii per alium locum similem ex lib. 11. de Civit. c. 13. quem Aug. d. cap. 9. citat, verbis ultimò eitaris subiungens: Sicut jam etiam in libro, quem sequitur iste (scilicet undeicimo) tractavimus. Ibi autem sic loquitur: Refrat. ut aut impares fuerint (scilicet Angeli boni, & mali in creatione sua) aut si pares fuerint, post illorum ruinam, illis certa scientia sua certa (aliam, semperiterna) felicitatis accesserit. Et illa (inquit) scientia est illud amplius adjutorium, de quo loquitur August. d. cap. 9. quod accepterunt Angeli boni post ruinam aliorum, ut d. cap. 13. dicit, nempe, postquam per liberum arbitrium steterunt in bona voluntate, quam ab initio à Deo accepterant.

Confirmatur ex hoc, quod habet August. lib. de Corrept. & grat. cap. 10. Ceteri autem confirmant per ipsum liberum arbitrium steterunt in veritate, tur ex ead. eamque de suo casu nunquam futuro certissimam scire meruerunt. Et paulò post: Diabolus vero, & Angeli eius, et si beati erant antequam caderent, & se in miseriam casu fuisse nesciebant, erat tamen adhuc

ad hoc, quod eorum adderetur beatitudini, si per libe-
rum arbitrium in veritate stetissent, donec istam sum-
mam beatitudinis plenitudinem, tanquam primum ip-
sius permanescientis accepissent, id est, ut magna per Spi-
ritum sanctorum data abundantiam charitatis Dei, cadere
ulterius omnino non possent, & hoc de se certissime
nossent.

213. Sed contraria: Si hoc adjutorium (inquit Estius
Contra ar-
t. dist. 41. §. 13.) quo beati Angeli dicuntur
guit Esius, amplius adjuti, efer ipsa beatitudine, tenuis redi-
deretur ineptus, scilicet Angelis collatam esse
beatitudinem, quam ad beatitudinem pervenirent.
Addit idem Auctor. Disputat toto hoc cap
Aug. de causa efficiente bonae, melioris, & per-
severantis voluntatis in rationali creatura, maxi-
mè in Angelis, quam causam concludit esse
Deum. Nequè opponit easum demonum An-
gelorum beatitudini, sed perseverantiae, quam
beatitudinem promeruerunt: malorum quidem
causam eorum voluntati, bonorum vero perse-
verantiam tribuens Deo. Quam obrem subdit:
Constitendum est igitur cum debita laude Creatoris,
non ad solos sanctos homines pertinere, verum etiam
*de sanctis Angelis posse dici, quod charitas Dei dif-
fusa sit in eis per spiritum sanctum, qui datus est ei.*

214. Porro secundum D. Aug. diversis locis, cha-
ritas Dei diffusa est ipsa bona operatio voluntatis,
caulata per gratiam Dei efficacem. Sufficiat,
quod ait lib. de Patientia c. 25. *Voluntas bona,*
quam diligitur Deus, in homine non potest esse, nisi in
quo Deus operatur & velle. Et intra: *Charitas Dei*
est, ibi: *quia omnia tolerat, quo non diffunditur in cor-*
dibus nisi per spiritum sanctum, qui datus est nobis.
Non igitur negamus, Angelos bonos post rui-
nam malorum accepisse plenitudinem beatitu-
dinis, & certitudinem scientie, sed dicimus il-
lam non accepisse, nisi amplius adjutos per graci-
e efficacem. Accedit: quod ly Post intelligi-
gi possit negativè, id est, non ante, nam eodem
instanti, quo Angelus malus cecidit, bonus, ac-
cepit gratiæ effaci, sterit per liberum arbitri-
um, accepit plenitudinem beatitudinis, tan-
quam primum suæ permanescientis.

215. Adde aliud locum D. Aug. ex quo videtur
Probatur ex colligi, Deum in Angelis operatum fuisse ipsum
alio loco D. Aug. in quo
loquitur de bono. *bonum velle.* Est autem lib. 8. de Gen. ad litt.
c. 10. ubi loquens de primo homine (de quo,
secundum Adversarios, est eadem ratio, que de
Angelo) sic ait: *Quapropter quam locutione dicitur*
homo operari terram, que jam terra erat, ut ornata
aque secunda sit, eadem locutione dicitur Deus ope-
rari bonum, qui jam homo erat, ut pius sapientque
Et ejus gratia applicat, id. Id autem cap. 11. ita exponit: Sumpfit Domi-
nus Deus bonum, quem fecit, & posuit eum in pa-
radiso, operari eum, ut justus esset. Probat cap. 12.
dicens: Ille itaque operetur hominem bonum atque
custodias, qui incommutabiliter bonus est: (id est,
Deus) semper ab illo fieri, semper perfici debemus
inherentes ei, & in ea conversione, qua ad illum est,
permanentes, de quo dicitur (Psal. 72. v. 28.) Mihi
autem adhucere Deo bonum est. Et cui dicitur
(Psal. 58. v. 10.) Fortitudinem meam ad te eu-
ficiam.

216. *Ipsius enim sumus segmentum, non tantum ad hoc,*

ut homines simus, sed ad hoc etiam, ut boni simus. Nam
& Apostolus, cum fidelibus ab impietate coniuncti resi-
gratiam, quam salvi facti sumus, commendare: Gra-
tiæ enim (inquit ad Ephes. 2. v. 8.) salvi facti eis
per fidem, & hoc non ex vobis, sed Dei donum
est; non ex operibus, ne forte quis exollatur.
Ipsius enim sumus segmentum, creati in Car-
isto Jesu in operibus bonis, quæ preparavit
Deus, ut in illis ambulemus. Et alibi cum disserit:
Cum timore & tremore vestram ipsorum
salutem operacioni (Philipp. 2. v. 12.) ne fibi pa-
turent tribuendum, tanquam ipsi se facerent bonos &
justos, continuo subiecisti Deus calum est, qui ope-
ratur in vobis. Sumpfit ergo Dominus Deus homi-
num, quem fecit, & posuit eum in paradiso, operari
cum, hoe est, operari in eo, & custodire eum. Aperte
nunc oculos & vide, Augustinum hic ea omnia,
quæ applicantur gratiæ medicinali, felicitet ope-
rari in nobis velle & perficere, similiter appli-
care gratiæ Adami, quæ fuit gratia sanitatis.

Et idem affirmit de gratia Angelorum Co-
ditione 2. in Psal. 70. ad illa verba: *Deus usque in altissima, que fecisti magnalia, dicens: In altis cellis tuas sunt, in altis Angelis sunt; Sedes, Dominationes, principatus. Potestates tibi debent, quod sunt, tibi debent, quod vivunt, tibi debent, quod justi vivunt, tibi debent, quod beatæ vivunt. Potentiam tuam & justitiam tuam usque in altissima, que fecisti magnalia. Ne putas hominem solum pertinere ad dignitatem Dei: quid erat Angelus, antequam fuit? Quid est Angelus, si deserat, qui creavit? Simili modo loquitur lib. 13. Confess. c. 3. ibi: *Nique enim ejus (creatæ spiritualis) informitas placet tibi, si non lux ficeret, non existendo, sed intentio illuminantem lucem, eisque coherendo, ut & quod utrumque vivit, & quod beatæ vivit, non debet nisi gratia tua, conversa per communionem meliorum ad id, quod neque in melius, neque in deteriori commutari posset.**

Est & aliud testimonium D. Aug. confi-
mans hanc veritatem, adscribendo perlevera-
tiam Angelorum non ipsis, sed virtutis regni
divinæ. Conc. 2. in Psal. 32. Canticis (id est, An-
geli) ubi nulla est miseria, nunquid quia non indi-
gent misericordia, non indigent Domino? Omnes indi-
gent Domino, & misera, & felicia. Sine illa miseri-
ta non sublevantur, sine illo felix non regunt. Digna
fons de cœlis querens, cum audires: Misericordia
Domini plena est terra: audi, quia Domini & ca-
li indigent: Verbo Domini cœli solidati sunt.
Nam non à se sibi solidamentum fuerunt, nec sibi solidi-
ficationem sibi propriam praefiserunt: Verbo Do-
mini ecclesi firmati sunt, & spiritu oris ejus omni-
virtus eorum. Non habuerunt aliqui se, &
tanquam supplementum à Domino perceptum. Spi-
ritu enim oris ejus non pars, sed omnis virtus eorum.
Et post pauca: Verbo Domini cœli solidati sunt quid
est autem solidatos esse, nisi habere stabilem & fir-
mam virtutem?

Quod infra etiam Apostolis applicat, dicens: *Interim exceptis illis canticis, habeo de quibus hic uti-
cumque differam, nobis proximos canticos, sanctos Dei*
Apostolos &c. Et quomodo ausi sunt ipsi canticis eis canere
fidelia, & ex hominibus infirmis canticari, nisi quia in-
verbō Domini cœli solidati sunt? Vnde enim habent

tantam virtutem oves inter lapsos, nisi quia spiritu oris ejus omnis virtus eorum: Per quæ verba S. Doctor perseverantiam Apostolorū Deo adscribit; ergo per eadem adscribit Deo perseverantiam Angelorum. Atque pro eadē doctrina Aliqui citant D. Anselmum Dial. de Causa Diab. ubi c. 2. lego sequentia verba: *Constat, quia ille Angelus qui stetit in veritate, sicut id est perseveravit, quia perseverantiam habuit; ita etiam id est perseverantiam habuit, quia accepit, & id est accepit, quia Deus dedit. Consequens est igitur, quia ille, qui in veritate non stetit, quemadmodum id est non perseveravit, quia perseverantiam non habuit, sic id est non habuit perseverantiam, quia non accepit.*

Sed enim, reponit quispiam: hæc sunt verba discipuli, & non Magistri, iisque addit discipulus, quod omnissimum est: *Et id est non accepit, quia Deus non dedit.* Hoc autem reprobat Magister cap. 4. in fine, dicens: *Quamvis igitur bonus Angelus id est accepit perseverantiam, quia Deus dedit; non id est tamen non accepit malus Angelus, quia Deus non dedit; sed Deus id est non dedit, quia ille non accepit, & id est non accepit, quia noluit.* Quæ verba solum videntur probare, Deum utique obvulsi gratiam sufficientem ad perseverandum, & unum perseverasse, quia perseverantiam accepit, accepisse, quia voluit; alterum vero non perseverasse, quia non accepit, non accepisse, quia noluit; ita ut ultimè perseverantia referatur potius in arbitrium Angeli, quam in gloriam Dei efficacem.

Et quid vera, simil modo intelligere, quod ait D. Bernardus lib. de Grat. & libero Arbitrio. paulo post medium: *Superioribus spiritibus datum est sine peccato & miseria perdurare;* Ad autem absque his quidem est, sed non etiā permanere. Et quare patras, non est datum permanere? Utique quia non accepit, & id est non accepit, quia accipere noluit. Sed contra facit primo: quod omnes Angelitam boni, quam mali acceperint gratiam sufficientem: ergo quando Ansel. dicit, malos non accepili perseverantiam, loquitur de alia gratia, quam sufficientem, ac proinde de gratia efficaci vel ipsa beatitudine, quam malus Angelus non accepit, quia noluit permanere in amore casto Dei. Secundo opponitur, quod nos alio modo loquuntur PP. de nostra gratia effaci, & præterim Fulgentius acerrimus defensor doctrina Augustinianæ; hic lib. 2. ad Transiendum Regem cap. 2. Cum vero (inquit) quædam pars ejus (naturæ Angelicæ) de caelis beatitudine culmine in imam perpetuamque cernitur devulsa miseriam, Beato Petro dicente, quia Deus Angelis peccantibus non pepercit, sed carceribus caliginis inferni tradidit in judicio puniendos refervari: pfecto cognoscitur, uniformi cunctos opprimi potuisse rama confortio, nisi quos vellet, à casu pravitatis virtus illa defendere, quia sola naturaliter mutant deparative non posset.

Non dicit: *Nisi quos vellet liberum arbitrium, defendere; sed, virtus illa, que sola, &c.* Id est, virtus sine gratia divina. Ergo Angelus bonus majoris beneficium accepit à Deo, quam malus ex mente illius S. Patris. Unde addit cap. 3. Non

alia (virtus) stantem Angelum (necdum indignum, ac male meritum) à ruina patuit custodire, nisi illa, qua lapsus hominem (jam indignum ac male meritum) post ruinam patuit reparare. Vna est in utroque gratia operata, in hoc ut surgeret, in illo ne caderet: in illo ne vulneraretur, in isto ut sanaretur: ab hoc infirmitatem repulit, illum infirmari non sinit. Non potuit hic Doctor clarius describere efficiacem gratiam beatorum Angelorum, ut consideranti pater. Ne quid tamen decesserat, eadem paulo post repetit, ac de Verbo divino ita loquitur: *Potuit & Angelum in superioribus stabilire, & pro reparatione lapsi hominis ad inferiora descendere.*

Adde, quod habet idem Sanctus lib. de Fide 223. ad Petrum c. 8. Deus autem misericors & justus si- Aliquid testi- cut diabolο & Angelis ejus propriæ voluntate cadenti- monium e- bus, ceteros Angelos in sue dilectionis aeternitate isti jūdīm San- & Patri. mavit (non attulit arbitrium firmavit, sed,

Deus) sic etiam humani generis massam non totam in sempiternum perire permisit; sed quos voluit ejus gratitudo bonitas, repulsi tenebris, in quibus omnis humana nativitas peccati originalis condemnatione versatur, reducendo prædestinavit ad lucem. Ubi comparationem instituit inter Angelos, & homines, asserens de hominibus, quod de Angelis antea dixerat: ergo eadem est ratio, ex mente S. Fulgentii, de prædestinatione hominis, & Angelii. Id ipsum docet S. Bernardus Ser. 22. in Cant. ibi: *Qui erexit hominum lapsum, dedit Id videtur docere S. sancti Angelo, ne laberetur (non ait, ut posset non Bernhardus) labi, sed ne laberetur) sic illum de captivitate eruens, sicut hunc à captivitate defendens (sic illum eruui per gratiam efficacem, ergo & hunc per eandem defendit) Et hac ratione fuit aquæ utrique redemptio, solvens illum, & servans istum. Liquet ergo sanctis Angelis Dominum Christum fuisse regem redemptionem, sicut iustitiam, sicut sapientiam, sicut sanctificationem. Sic ergo omne quod erat Angelis, factus est & nobis. Quid? Sapientia, iustitia, sanctificatio, redemptio. Similia habet alibi, quæ omittit, ne longior sim, quam desideret festinus Lector; ut etiam testimonia aliorum Patrum.*

Jam dicta, si vera sunt (ut putamus) sufficiunt meo iudicio, ut dicamus, etiam ad sanctos Angelos, pertinere illud Apostoli 1. Cor. 4. v. 7. *Quis enim te discernit? Quid autem habes, quod non accepisti?* Hinc D. Ansel. Dial. de Causa dia- boli c. 1. discipuli quærent. Illud Apostoli: *Quid enim te habes, quod non accepisti?* Dicitur hominibus taurantum, an & Angelis? Respondet: *Nulla crea- tura habet aliquid a se;* quod enim seipsum a se non habet, quomodo habet a se aliquid? Et infra: Ille igitur filius a se habet quidquid habet, & omnia alia non nisi ab illo habent aliquid; & sicut a se non nisi nihil habent: ita ab illo non nisi aliquid habent. Ex quo colligit c. 2. Angelos id est perseverantiam habuisse quia acceperunt, & id est accepisse, quia Deus dedit.

Accedit auctoritas D. Augustini, qui lib. II. de Genes. ad Lit. c. 8, tam Angelo, quam homini viatori accommodat doctrinam Pauli ad Rom. 9. & 11. & 1. Corinth. 1. docentis, neminem posse gloriari, nisi in Domino, & ne-

225. Probatur ut D. Aug. lib. IX. de Gen. ad lit. c. 8.

H h minem

minem debere altum sapere, sed timere, voluisseque Deum aliquos facere vasa iræ, aliquos vala misericordia, ut in illis iram seu justitiam, in isti misericordiam ostenderet; & inter aliam tam de Angelo, quam de homine, ait Aug. *Sic enim qui gloriat, non nisi in Domino gloriat, cum cognoscit, non suum, sed illius esse, non solum ut sit, verum etiam ut non nisi ab illo bene sit.*

Item 11. de Civit. c. 19.

Si (inquit) cum lux illa prima facta est, Angelis creati intelligantur, & inter sanctos Angeli, & immundos fuisse discretum, ubi dictum est:

Et divisit Deus inter lucem, & tenebras, & vocavit Deus lucem diem, & tenebras vocavit noctem. Solus quippe ille ista discernere potuit, qui potuit, etiam prinsquam caderent, praescire casueros, & lumine privatos veritatis in tenebris superbia remansuros. Nam inter istam nobis notissimam diem & noctem . . . luminaria cali ut dividerent imperavit. . . . Inter illam verò lucem, qua sancta societas Angelorum est, illustratione veritatis intelligibiliter fulgens, & ei contrarias tenebras, id est, malorum Angelorum aversorum à luce justitiae tenebras mentes ipse dividere potuit; cui etiam futurum non natura, sed voluntatis malum occultum, aut incertum esse non potuit. Et Enar. in Ps. 69. Semper magnificetur Dominus. Qui hoc dicunt? Qui diligunt salutare tuum. Ecce magnificetur Dominus. Numquid tu, nusquam tu. In illo aliiquid, in me nihil. Aliibi quoque: Necesse est ut parum diligit eum, qui non ab illo, sed a se ipso bonum se arbitratur. efficiunt. Unde autem fieri potest, ut talis non in se ipso, sed in Domino gloriatur? Qui enim gloriatur, quod sit bonus, in illo debet gloriari, id quo factus est bonus: ac per hoc qui se a semetipso factum bonum arbitratur, consequens est, ut in se ipso, non in Domino gloriatur. Ratio communis est tam angelo, quam homini.

Similia sunt ea verba, quibus hominum laporum discretionem Deo tribuit lib. 13. Confess. cap. 14. ibi: Unde in hac peregrinatione pignus accepimus, ut jam simus lux, dum adhuc spe salvi facti sumus, & filii lucis, & filii diei, non filii noctis; neque tenebrarum. Inter quos, & nos in isto adhuc incerto humana notitia in solus dividis, qui probat corda nostra, & vocas lucem diem, & tenebras noctem. Quis enim nos discernit? nisi tu? Quid autem habemus, quod non accepimus a te? Sie ergo homo justus non solam accepit a Deo gratiam sufficieniem, five adjutorium sine quo non, verum etiam gratiam efficacem, seu adjutorium quo; non solum accipit posse quod vult, sed etiam velle, quod potest, per quod Deus ipsum discernit ab homine injusto; simili profecto ratione Angelus sanctus a Deo per gratiam efficacem, & adjutorium quo, & non tantum a propria voluntate cum adjutorio sine quo non deseretus fuit ab Angelo malo; ut proinde & ipse debeat in Domino gloriari simili ratione, quam homo lapsus.

Sed his non acquiescent Adversarii, & objiciunt illud D. Aug. lib. 14. de Civit. c. 26. Non est utique consilium, quo certum numerum civium ex 14. de in sua sapientia predestinatum, etiam ex damnato generare humano sua civitatis impleret, non eos jam me-

nitis discernens, quandoquidem universa massa tantum in via sua radice damnata est; sed gratia discernens, actualis; quia parvuli baptizati, decedentes, usus rationis non sunt discreti gratia actuali. Unde non agit Aug. ibi de causa efficiere dilectionis, quae est in utroque statu adjutorium effectus, sed de causa formalis & immediata, quae in statu innocentia esset meritum naturale seu justitia originalis, nunc vero est gratia remissionis, per Christi meritum peccatoribus contulit. Quod vel inde satis colligitur, quia causam, quem homines modis non discernuntur meriti, sed gratia, assignat iustitiam radicem, & amissionem iustitiae originalis. Pro quo

Nota, iustitiam originalem (per quam intelliguntur omnes habituales dores, quas primus homo a Deo acceptas in posteris transmisas), vocari posse meritum naturale, non quod illa humanis natura exigat, sed quod efficit ab origine insita. Atque ob eandem causam peccatum originale posse vocari peccatum naturae, seu detrimentum naturale, iuxta illud Apostoli ad Eph. 2. 3. Eramus natura filii in; ergo in statu innocentia erant natura filii Dei, & iustitia originalis era naturale meriti. Sicut ergo homines, qui de facto moriuntur in peccato originali, differuntur ab aliis formaliter demerito seu peccato naturae, ita Angelii sancti discreti fuerunt a damnatis formaliter per iustitiam originalem, sive naturalem, quae vocatur meritum, quia causa efficiens actus meritorii. Et hoc est, quod intendit Aug. loco citato, videlicet, homines post lapsum non discerni naturalibus meritis, id est, iustitiam originali, quia illam in Adamo perdidérunt. Atque ut Aug. loqueretur de gratia actuali seu adjutorio gratia efficacis, nihil contra nosquam bona opera in statu innocentia magis propriè dicuntur nostra merita, ut patet ex infra dicens.

Pergo nunc ad aliam objectionem, quam pertinet ex illis locis D. Aug. in quibus dicit: Deum habere humanorum cordium, quoque voluntatis, inclinacionum omnipotentissima potest. Sed nunquid ea caruit respectu Angelorum, & primorum parentium in statu innocentia? Audite dilectorum D. Aug. lib. 11. de Gen. ad Lit. c. 9. in fine (alias D. Aug. 10. in principio) sed posset, inquit, etiam ipsorum (malorum Angelorum, & hominum) voluntatem in bonum convertere, quoniam omnipotens est. Posset planè. Cur ergo non facit? Quia noluit. Cur noluerit, penes ipsum est. Debemus enim non placere, quam oportet sapere.

Nec dixeris: loquitur tantum de malis Angelis, & hominibus post peccatum commissum; nam eadē est ratio ante peccatum commissum, scilicet omnipotētia Dei, de qua sic ait lib. de Corrept. c. 14. Cui (Deo) voluntas salvum facere nullum bonum, neque Angelii resistit arbitriam. Sic autem velle, vel nolle in voluntate, aut nolentis est potestate, ut divisionem voluntatē non impedit, nec superesse potest. Et si in fratre Non est itaque dubitandum, voluntati Dni, qui in celo, & in terra omnia quæcumque voluit fecit, & qui etiam illa, qua futura sunt, fecit, humanas & Angelicas voluntates non posse resistere, quod minus fuit,

ipse, quod vult; quandoquidem etiam de ipsis hominum (& Angelorum) voluntatibus, quod vult, cum vult, facit. Similiter loquitur Enchir. cap. 9. 5. ibi: Deus enim noster in celo sursus, in celo, & in terra, omnia quacumque voluit fecit. Quod utique non est verum, si aliqua voluit, & non fecit eo modo quo voluit; & quod est indignus, id est non fecit, quoniam ne fieret, quod volebat omnipotens, voluntas bonum impeditur. Et putas, quia minus indignus fuisset, si voluntas Angelorum aut hominis in tunc innocentias impeditiveret?

Atende, quod sequitur: Neque enim veraciter ob aliud vocatur omnipotens, nisi quia, quidquid vult, potest, nec voluntate cuiuscumque creatura (humanæ vel Angelicæ) voluntatis omnipotentis impeditur effectus. Nam (ut ait eod. l. c. 102.) Quantalibet fini voluntates vel Angelorum, vel hominum, vel bonorum, vel malorum, vel illud, quod Deus, vel aliud voluntates quam Deus, omnipotentis voluntas Dei semper est invicta.

Et ne aliquis remaneat scrupulus, addo, quod habet idem S. Doctor lib. 14. de Civit. cap. 27. in fine: Qui audeat credere, aut dicere, ut neque Angelus, neque homo caderet in Dei potestate non fuisse? Sed hoc eorum potestati malum non afferre, ait ita quantum malum eorum superbia, & quantum boni sua gratia valeret, offendere.

Dicere possent Adversarii, se non negare, Deum hoc potuisse; sed hoc potuisse relinquendo libertatem, quam Augustinus assertit fuisse in Angelis, & primis parentibus. Dicere, inquit, id posse: sed nunquam etiam probare. Hoc opus, hoc labor est. Multa sapientie dicuntur de subjecto, quæ non insint. Nunquid hoc unum ex istis? Judgez agnos Lectoris his, quæ jam dicta sunt, & adhuc dicentur.

At S. August. lib. de Natur. & gr. cap. 18. Quid stultus, quam orare ut facias, quod in potestate habeas? Et lib. de Peccat. merit. cap. 6. Quis optat, quod in potestate sic habet, ut ad faciendum nullo indiget adjumento? Et vero primos homines censes tam fuisse liberos cum adjutorio sine quo non, ut stultum fuisse orare pro ulteriori adjumento?

Gelasius in dictis adversis Pelagianam heresim (ut refertur tom. 2. Concil. apud Binium pag. 257.) sic inquit: Si in ipsis primis hominibus, dum sua minima felicitate confidunt, & tantam Dei gratiam in vacuum recipientes, non orando, quod utique nusquam fecisse referuntur, nec de perceptu gratias referendo, nec ut eadem intemerata resum suppliciter implorando, incolumes constare nequiventur: quando magis post prayaricationis ruinam, in quam malam sui Confidentia, creatorem nullatenus inquirendo, lethaliter inciderant, absque divino munere suis viribus vel agri stare non possunt, sine quo nec integræ persistere valuerunt. Item pag. 259. Hinc illa prima conditionis integritas, dum ita de se fidat, tanquam ipso, qui considerat, non egredi, nec de perceptu agit gratias, quod nusquam fecisse memoratur, nec de conservandis, quae sumptuarat, posse auxilium, nec ad eum, etiam pulsata tentatoris accessu devota concurrit & consultit, suaque se credit inter prospera voluntati, facile sine praefidio Temu II.

Creatoris patuit deceptoris insidias. Et alii interjet: Sua saltem fragilitate communica post ruinam non in se fidat nostra conditio: sed ad illius incessabiliter recurrat misericordiam reformanda, cuius gratiam non querendo, nec in paradisi potuit intemperata felicitate constare, discatque sine tali præsidio inde lapsam, per quod instruitur post exumas ad gaudia redire perpetua. Ita Gelasius Papa, qui in Concilio primo Romano S. Augustino, a multisque Ecclesia Doctribus summam contulit auctoritatem, ut constat ex cap. 3. Sancta Romana Ecclesia, dist. 15.

Nec multum dissimiliter loquitur ipse Aug. lib. 14. de Civit. cap. 27. Quoniam (inquit) qui providenter atque omnipotenter sua cuicunque distribuit, non solum bonis, verum etiam malis bene uti novit eu non permetteret, ut ab illo malo Angelo primus homo, qui rectus, hoc est, bona voluntatis creatus fuerat, tentaretur quandoquidem sic erat institutus, ut, si de adjutorio Dei fideret, bonus homo malum Angelum vincere: si autem Creatorem atque adjutorem Deum superbe sibi placendo deserret, vinceretur: meritorum bonum habens in adjutoriis voluntate recta: malum vero in deserente Deum voluntate perversa: quia & ipsum confidere de adjutorio non quidem posset sine adjutorio Dei. Ubi, ut vides, distinguunt duplex adjutorium; alterum quo Adamus dæmonem superaret, alterum, quod ad istud fiduciam atque oratione impenetrandum requiretur. Et vero quod illud adjutorium, quo Adamus dæmonem vincerebat? Nonne adjutorium sine quo non? Illud jam habebat; quid autem stultius, quam orare pro eo, quod jam habes? Ideoque orare debuit pro adjutorio quo sine gracia efficaci, quam non habebat, & quia non oravit, non accepit, ac propter ea malus Angelus vicebatur hominem.

Potuit ergo Adamus, & vero debuit a Deo petere, ut non caderet; ut se in temptationem non inferret; cum in Dei potestate esset dare efficacem gratiam perseverandi; id est, ipsam perseverantiam in bona voluntate, in qua creatus fuerat; sicut dedit Angelo bono, etiam relinquendo eandem libertatem, scilicet ad standum, & cedendum.

Quod probò sciens Estius 2. dist. 24. §. 13. Primus (inquit) Angelus, & primus homo ita ceciderunt, ut stare possent: boni vero Angeli ita steterunt, ut cedere possent. Ex quo inferit. Ergo & nunc post lapsum ita agunt homines bene, & male, ut possint non agere. Quia nimis, ut proxime ante dixerat: sicut non aliter peperit Sara, quam Agar, licet illa per gratiam, id est, operationem Dei supernaturalis, hanc per naturam, ut pareret, accepit. Nec neque aliter videt, qui ex exeo videns factus est per miraculum, quam qui visum habet a natura: ita nec aliter operatur arbitrium, quod per gratiam medicinalem, quasi per miraculum sanatum est, quam illud, quod in ipsa creatione sanitatem accepérat.

Appositè D. August. de Spir. & litt. cap. 30. in principio: Liberum ergo arbitrium evacuamus

Hh 2 per

234.
An etiam
S. August.

Debuit A-
dam orare
progratiā
efficaci.

235.
Quid hic
sentiat E-
stius.

236.

Liberum a. per gratiam? Absit; sed magis liberum arbitrium bitrium non statuimus. Sicut enim lex per fidem, sic liberum evacuat per gratiam non evacuat, sed statuitur, Neque enim lex impletur nisi libero arbitrio, sed per legem cognitione peccati, per fidem imperatio gratia contra peccatum, per gratiam sanatio anima a vito peccati, per anima sanitatem libertas arbitrii, per liberum arbitrium justitia dilectio, per justitia dilectionem legis operatio. Et Epist. 89. sic ait: Neque enim id est voluntatis arbitrium tollitur, quia juratur sed id est iuratur, quia non tollitur. Igitur homo per medicinalis gratiae adjutorium primaeam & nativam libertatem, que erat libertas ad utrumlibet recuperari, iuxta illud D. Aug. lib. 22. contra Faustum cap. 28. Magna est itaque & humana creatura, quandoquidem per eam possibiliter inauratur, per quam si volueret, nec cecidisset.

Homo per gratiam recuperat nativam libertatem.

Rogat aliquis: an ergo nullum sit discrimen inter gratiam sanitatis, & gratiam medicinalis. Quod sit discrimen inter gratiam sanitatis & gratiam medicinalis. Respondeo: perquam maximum. Eequod illud? Dicam breviter, quid Aliqui sentiantur. Hoe, inquit, est discrimen inter illas gratias; quod gratia medicinalis pertinet ad voluntatem, gratia vero sanitatis ad intellectum. Hoc est illustratio mentis coelitus immissa, illa coelestis aliqua suavitatis vel delectatio, que non est aliud, quam actus aliquis vitalis & indeliberatus anima, & quidem amoris ac desiderii, praecedentis consensum, coelitus immisus in voluntatem, per quem ei bonum propositum suavitatis placet: quia delectatio necessaria est ad omnem bonam voluntatem hominis lapsi, non ex natura voluntatis, sed ex ejus poena sive insurmitate, quam contraxit per peccatum originale, qua sit, ut nihil boni amplecti possit, nisi delectetur.

Ita docet D. August. lib. de Spir. & lit. cap. 3. in fine hisce verbis: Nam neque liberum arbitrium quidquam nisi ad peccandum valeat, si lateat veritatis via. Et cum id, quod agendum, & quod intendendum est, caperit non latere, nisi etiam delectetur, & ametur, non agitur, non suscipitur, non bene (hoc est, non fruatuore) vivitur. Ut autem diligatur, charitas Dei diffunditur in cordibus nostris, non per arbitrium liberum, quod surgit ex nobis; sed per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Et cap. 4. ait: Sed ubi sanctus non adjuvat spiritus, inspirans pro concupiscentia mala concupiscentiam bonam, hoc est, charitatem diffundens in cordibus nostris, profecta illa lex. (Non concupiscit) quamvis bona, auges prohibendo desiderium malum.

Ex quo patet, quare Angelus, & homo innocens non indigerint illa gratia; non enim habebant concupiscentiam malam, que orta est ex peccato originali, quo ipsi carbant, atque adeo illustratio mentis abunde sufficiebat, ut eorum voluntas instruxerat gratia habituali, & aliis dotibus, quecumque nihil in se habebat domesticar labis aut corruptelas, quo ad malum traheretur, continuo profunderetur, idque necessarium, indelibetum motum amoris supernaturalis, & deliberatum amorem pro libitu exercere posset. At proinde, quam-

vis necessarius esset motus ille indelibetum, tamen isti voluntati non erat nova gratia, quia respectu illius erat causa connaturalis, & nihil habebat, quod eius actionem impedit.

Alia est ratio naturae voluntatis; quantumlibet enim hominis corrupti mens divinâ luce collugetur; voluntas tamen, carnalis concupiscentia vinculis obstruta nec indelibetum, nec deliberatum amoris supernaturalis motum concepire de se potest. Quod verum est etiam de illa voluntate, que jam est instrumenta virtutibus supernaturalibus. Quemadmodum enim justitia originalis inferiorum appetitum trahit, ne in propriaam delectationem noxiom indelibetato complacentem non raparetur: ita originalis concupiscentia ligat voluntatem sanctam, ne ad objectum, sive bonum supernaturale indelibetato amore aspiraret. Hinc S. Prosper Ref. 8. ad Capitula Gal. lorum praeclarè ait: Cum ducentis quatuordecim sacerdotibus (quorum constitutionem contra inimicos gratia Dei totus mundus amplexus est) verai professione, quemadmodum ipsorum habet firma, dicamus, gratiam Dei per Iesum Christum Dominum, non solum ad cognoscendam, verum etiam ad faciendam justitiam nos per actus singulis adjuvare: ita ut sine illa nihil vera sanctaque pietatis habeat, cogitare, dicere, agere valeamus. Neque hac donatio ex Deo esse opinemur, ut quia ipse nature nostra auctor est, per conditionem jam hanc consiliente videamus, Quia dedit quidem ab initio hanc facultatem, sed omnes eam in illo amissimus, in quo emis pecavimus.

Consonat D. Aug. de Dono persever. cap. 7. circa initium: Qui non infertur in tentationem, non debet dicitur à Deo. Non est hoc omnino in viibus licet D. Aug. arbitrii, quales nunc sunt fuerat in nomine (& Angelo) antequam caderet. Fuerat, inquam, in nomine, & Angelo non discedere, sed Deum supernaturaliter diligere viribus liberi arbitrii, prout erat instrutum gratia habituali, & alias donis supernaturalibus, quibus jam caret liberum arbitrium in peccatum originalis. Eadem idcirco S. Aug. Epist. 107. ait: Non est gratia Dei in natura liberi arbitrii (prout nunc est) & in lege, atque doctrina, sicut Pelagiana pervertitur deinceps, sed ad singulos actus datur illius voluntate, de qua scriptum est (Pl. 67. v. 10.) Pluviam voluntariam segregabis Deus haereditatem tuæ: quia liberum arbitrium ad diligendum (supernaturaliter) Deum primi peccati granditate perdidimus; & lex Dei atque doctrina, quamvis sancta, & justa, & bona, tamen occidit, si non vivificet spiritus per quem sum non audiendo, sed ut obediendo, neque ut lectio, sed ut dilectione teneatur.

Igitur voluntas innocens, quia non habebat concupiscentiam malam, posita illa voluntate, necessariò, sicut dictum est, profundit motus indelibetum dilectionis; ita, sicut oculus bene sanus, ne illo sufficiunt humore propositum sibi debitè objectum, ac temperata collugetrum luce & recessando intuetur. Et vero, velut oculus perfectus, si luce non illustretur, nequit videre;

se inidem voluntas quantumvis lana ne-
guidem indeliberato motu tendit in Deum,
nisi superius lumine illustretur. Quod scilicet no-
scens D. Aug. lib. 14. de Civit. Dei. c. 13. di-
cebat: Si voluntas (Adami) in amore superioris
invenit boni, à quo illusribatur ut videret, &
accidebat ut amaret, stabilit permaneret, non in-
de ad sibi placendum aveniretur, & ex hoc tenebre-
sere & frigescere, ut vel illa verum crederet di-
xisse serpentem, & ille Dei mandato uxori propon-
erent voluntatem, putarent se venialiter trans-
gressum esse peccatum, si vita sua sociam non des-
erit etiam in societate peccati.

Ecce hie Aug. posulat & illustrationem, &
motum voluntatis; sed illam tanquam novam
graciam, non hunc, utpote, qui, posita illu-
stratione, connaturaliter & necessario, ut di-
ctum est, profundebatur, si erat motus indeli-
beratus. An autem de illo ibi loquatur D. Aug.
dubium est: Aliqui putant ascensionem illam
non accipi pro motu indeliberato, antecedente
Dei amorem, & quo posito, voluntas Adami
posset eodem momento Deum amare; sed po-
tius pro ipso Dei amore, qui voluntatem accep-
tebat, ut reliqua amaret, & quo posito, non
posset Adam eodem tempore Dei mandato u-
xor voluntatem præponere.

Et sanè, quemadmodum vox illa, *Videret,*
Deum non respicit, sed *cætera*, ac præcipue
demonis infidias, quas vidisset Eva, si ante ab
amore Dei non cecidisset: ita verbum illud
amare, creata spectat, atque ipsam maximè
Evan, quam præposterior Adam non amasset,
sib[us] p[ro]vidus castum Dei amorem, à quo ad *cætera*
recedit amanda inflammabatur, extinxisset. Unde
sequitur apud D. Aug. immediate post verba
allegata: Non ergo malum opus factum est, id est,
illa transversio, ut cib[us] prohibito referenter, nisi ab
eis, qui mali jam erant. Et iuxta haec explicatio-
nem ille locutus non est ad propositum.

Iocerim verissimum est, quod dixit Aug. lib.
3. de lib. arbitr. c. ult. in principio: Voluntatem
non dicit ad faciendam quodlibet, nisi aliquid vi-
sum: quid autem quisque vel sumat, vel refusat, est
in potestate; sed quo viso tangatur, nulla potest as est.
Et infra: si nulo viso tangatur (Angelus) non
eigerit facere, quod fecit; nam si non ei aliquid ve-
nisset in mentem, nullo modo intentionem conver-
tisset in nefas. Vnde igitur illi venit in mentem,
quidquid illud est, quod venit in mentem, ut ea mo-
litor, quibus ex bono Angelo diabolus fieret?

Similiter loquitur lib. de Spir. & litt. c. 34.
ibi: Nemo habet in potestate quid ei veniat in men-
tem; sed consentire, vel dissentire propria volun-
tati est.

Genuinum igitur (concludit Antonius Ri-
chardus de Lib. arbitr. lib. 2. Sect. 3. s. 2. in
fine) inter utriusque gratia adjutoria discrimen-
et; quod altera solitus mentis illustrationem,
altera delectationem coelitus immissam com-
pleteatur. Quod spectat famulos ille S. Aug. lo-
cus ex lib. de Correp. & Grat. c. 11. in princi-
pio: Quid ergo? Adam non habuit Dei gratiam? Imo
vero habuit magnam, sed diffarem. Ille in bonis erat,

qua bonitate sui Conditoris accepserat. Negat enim ea
bona & ille suis meritis comparaverat, in quibus
nullum prossim patiebatur malum. Sancti vero in hac
vita, ad quos pertinet liberationis hæc gratia, in ma-
lis sunt, ex quibus clamanti ad Deum: Libera nos à
radice dis-
criminis
inter gratiæ
sanctatia &
medicinalē.
Que sit

Hæc radix inter utramque gratiam distinc-
tio ministratur, ut caret labes, quæ carebat A-
dam, & nos opprimimur. Hinc subdit: ille
non opus habebat eo adjutorio, quod implorat isti,
cum dicunt: Video aliam legem in membris
meis, repugnare legi mentis meæ, & capti-
vantem me in lege peccati, quæ est in membris
meis. Infelix ego homo quis me liberabit de
corpo mortis hujus? gratia Dei per Jesum
Christum Dominum nostrum. Quoniam in eis
caro concupiscit adversus spiritum, & spiritus adver-
sus carnem, atque in tali certamine laborantes ac
persecutantes, dari sibi pugnandi vincendique virtu-
tem per Christi gratiam poscent. Hæc gratia est de-
lecatio ecclesiæ, quam adversus noxiā con-
cupiscentia suavitatem Spiritus sanctus infun-
dit. Ita præfatus Author. Tu cogita, an velis
eum sequi? quid ego sentiam, dicam in fine
Conclus. n. 286.

Intererat nota: D. Aug. (juxta Ricardum
sup. s. 4.) lib. de Correp. & grat. c. 11. & 12.
ubi utriusque gratia, scilicet medicinalis, &
sanctitatis adjutoria comparatur, agere de gratia da-
ta Adamo ad perseverandum, eamque compo-
nere cum illa, quæ homines de facto perseve-
rant, & hanc dicit esse efficacem; illam vero
minime fuisse. Auscultate ipsum D. Aug. lo-
quentem cap. 11. & dicentem: Istantam gratiam
non habuit homo primus, quæ nunquam vellet esse
malum; sed sanè habuit, in qua si permanere vellet,
nunquam malum esset, & sine qua etiam cum libero
arbitrio bonus esse non posset: sed eam tamen per
liberum arbitrium deserere posset. Nec ipsum ergo
Deus esse voluit sine sua gratia, quam reliquit in
eius libero arbitrio; quoniam liberum arbitrium ad
malum sufficit, ad bonum autem parum (alias, ni-
hil) est, nisi adjuvetur ab omnipotenti bono (id est, à
Deo) quod adjutorium si homo ille per liberum non
deseruerit arbitriam, semper esset bonus, sed des-
eruit, & desertus est. Tale quippe erat adjutorium,
quod desereret, cum vellet, & in quo permaneret, si
vellet, non quo fieret, ut vellet.

Hac prima est gratia, que data est primo Adam
(gratia scilicet sufficiens ad perseverandum) sed
hac posterior est in secundo Adam. Prima est enim
quæ sit, ut homo habeat iustitiam si vellet; secunda
ergo plus potest, quæ etiam sit ut vellet, & tantum
vellet, tantoque ardore diligat, ut carnis voluntatem
contraria concupiscentem voluntate spiritus vincat.
Hæc est gratia efficax. Ad idem propositum
cap. 12. ita scribit: Primo itaque homini, qui in eo
bono, quo factus fuerat rectus, accepserat posse non
peccare, posse non mori, posse ipsum bonum non de-
serere, datum est adjutorium perseverantiae, non quo
fieret ut perseveraret, sed sine qua per liberum arb-
itrium perseverare non posset. Nunc vero sanctis in
regnum Dei per gratiam Dei prædestinatis non
tantum tale adjutorium perseverantia datur; sed
tale, ut eis perseverantia ipsa donetur; non solum ut
sine

Probatur ex
August.

sine isto dono perseverantes esse non possunt, rerum etiam ut per hoc donum non nisi perseverantes sint.

248.
Donū perseverantie
non imponit
necessitatem
anteceden-
tem.

Non quod hoc donum imponat necessitatem antecedentem perseverandi; sed consequentem dumtaxat, ut clare significat Aug. lib. de Dono persever. cap. 6. in principios Sed non lunt, ut scribitis, isti fratres (intelligit Malibentes) ita hanc perseverantiam pradicari, ut non vel simpliciter emereri, vel amitti contumaciter possit; ubi quid dicant, parum diligenter attendunt. De illa enim perseverantia loquimur, quā perseveratum usque in finem; quo si data est, perseveratum est usque in finem, si autem non est perseveratum usque in finem, non est data, quod jam & superius satis egimus. Non itaque dicant homines, perseverantiam cuiquam datum usque in finem, nisi cum ipse veneritis, & perseverasse, cui data est, repertu fuerit usque in finem. Dicimus quippe castum, quem novimus castum, siue sit, siue non sit in eadem castitate mansus; & si quid aliud divini munificis habet quod teneri & amittere potest, dicimus eum habere, quamviscumque habet; & si amiserit, dicimus habuisse. Perseverantiam vero usque in finem, quoniam non habet, quisquam nisi qui perseveraverit usque in finem; multi eam possunt habere, nullus amittere. Neque enim metuendum est, ne foris cum perseveraverit homo usque in finem, aliqua in eo mala voluntas oriatur, ne perseveret usque in finem.

249.
Perseveran-
cia cum da-
ta fuerit,
non potest
amitti.

Hoc ergo Dei donum suppliciter emereri potest; sed cum datum fuerit, amitti contumaciter non potest. Cum enim perseveraverit quisque usque in finem, neque hoc donum potest amittere, nec alia, quae poterat ante finem. Quomodo enim potest amitti, per quod fit, ut non amittatur etiam quod potest amitti? Ita Aug. Ergo non existimat, donum illud ejusmodi adjutorii contineri, quibus humana libertas relinqui nequeat. Pro quo

250.
Quale sit
auxilium,
quo hodie
persevera-
tur usque
in finem.

Nota: auxilium, quo perseveratur usque in finem in statu naturæ lapisi, non esse unum aliquod auxilium, nec merè internum, sed esse multitudinem quamdam auxiliorum, perpetuo congruorum usque ad mortem inclusivæ. Sicut enim illud Velle, quod dicit D. Aug. dari per illud auxilium, non est unum, seu unus virtus, sed diversarum virtutum; partiter & auxilium, quod datur ad exercitium illarum virtutum. Adde, quod & ipsa opportuna mors in illa multitudine auxiliorum continetur; quāvis ergo illud totum non sit in nostra potestate, quoniam non mors illa congrua; hoc tamen non obstat, quin singulis internis auxiliis possit homo cooperari, & non cooperari.

251.
Quare ad
adjutorium
Ade voce-
tur sine quo
non posse
perseverare.

Sicut autem à me queritur: eur D. Aug. adjutorium perseverantiae Adamo, & Angelis concessum appelleret adjutorium sine quo non; illud vero, quod modò prædestinatus datur, adjutorium quo. Responsio in promptu est, quia Adamus, & Angeli mali cum auxilio, quod accepserant in sua creatione, quāvis sine illo non possent perseverare, & cum illo possent, tamen de facto non perseveraverunt; at vero

prædestinati cum suo adjutorio, quod accipiunt à Deo, non solum possunt perseverare, sed actualiter perseverant. Attendite ad id, quod dicit D. Aug. lib. de Corrept. & gra. cap. 12. & confessim intelligitis ejus mentem. Sic ergo loquitur: Aliud est adjutorium sine quo aliud non sit, & aliud est adjutorium, quo aliud non sit. Nam sine alimento non possumus vivere, nec tamen cum assuerint alimento, eis sit ut viva, qui mori voluerit. Ergo adjutorium alimentorum est sine quo non sit, quo sit, ut vivamus. At vero beatitudi, quam non habet homo, cum data fuerit, continuo sit beatus. Adjutorium est enim non solum sine quo non sit, verum etiam quo sit, propter quod datur, & si data nunquam fuerit, nunquam erit. Alimenta vero non consequent faciant, ut vivat, sed tamen sine illis non potest vivere.

Ubi, in rigore loquendo, S. Aug. præadjutorium quo intelligit ipsam beatitudinem, quā homo sit, seu est formaliter beatus, & sine qua nunquam erit beatus. Et vero quis ambigat, mediet hominem, & Angelum lapsum eam non habet, imò & Angelum bonum, quantum fuit in via? Habuerunt tamen adjutorium sine quo non pervenitur ad beatitudinem. Et quod illud? Gratia sanctificans, sine qua nemo fit, seu est beatus, non tamen continuo sit, est beatus, cui à Deo datur. Sit ego, & Alium mecum intelligent D. Aug. vide supra fe. 2. num. 67. Nihilominus etiam gratia actuali applicari posset haec divisio, ita ut adjutorium quo dicatur motus indeliberatus voluntatis, qui in homine lapso cum voluntate proprie & immediata liberata voluntatem operatur, quando scilicet est gratia sine motu efficiens; adjutorium autem sine quo non sit celestis illuminatio, quam sane voluntas ad perseverandum exigit; quemadmodum lux oculis sanis est necessaria ad videndum, tamen nullam virtutem operandi illis tribuat; sed tanta virtus, quanta quanta est, sit intraicta oculis.

Hoc igitur modo virtus operandi, quanta quanta erat, intrinseca fuit sane voluntas A. venit p. dami, & Angelorum, quæ tamen, ut opera rarerunt, indigebat luce coelesti, de qua loquuntur Aug. lib. de Natur. & grat. t. 8. ibi: Si tamen sanas natura loqueretur (Pelagius) quāmodo non habemus . . . nec sic redē diceret, quod non peccare nostrum tantummodo sit, quāvis peccare nostrum esset: nam & ibi est adjutorium Dei (scilicet habitualis gratia) & tanquam lumen sanis oculis (scilicet adjutorium cognitionis) quo adjuti videant se præbere voluntibus.

Et siquidem hoc lumen congruum sufficit respectu omnium, omnes inducunt tam Angelos, & quā primi parentes in veritate stetentes, sicut nos omnes homines lapsi, imò & Angeli mali, & surgerent, si eis daretur gratia voluntatis seu motus indeliberatus congruus. Sed quia non omnibus Angelis datum est tale lumen; sed neque primis parentibus, id est non omnes hererunt, neque steterunt primi parentes, quāvis haberent lumen sufficiens, quo possent stare,

voluerint. Et consummiter; quia Angelus lapsus non datur gratia voluntatis congrua, neque omnibus hominibus lapsis, id est non omnes refugant, & perseverant, quamvis possent resurgere, & perseverare, si vellent. Quid ergo, si dixeris, illam gratiam congruam sive intellectum, sive voluntatis esse adjutorium quo? Nam est adiutorium, quo fit continuo propter quod datur: non formaliter quidem & necessariò, ut de beatitudine, & ipsa perseverantia affirmat Aug. sed efficienter tantum, atque, ut S. Doctor loquitur, eum de gratia efficaci hominis lapsi sermo est, indeclinabiliter & insuperabiliter, lib. de Corrupt. c. 12, circa finem: Subventum est igitur infirmitati voluntatis humanae, ut divinità gratia indeclinabiliter & insuperabiliter ageretur, & idem quamvis infirma, non tam deficeret, neque adversitate aliquā vinceretur. Quibus verbis non antecedens, sed consequentem solūm necessitatem significat, sive potius infallibilitatem effectus.

Quando ergo S. Aug. negat Angelo, etiam stanti adjutorium quo, non negat ipsi quodcumque auxilium efficax; sed solam novā gratiam in terra voluntatis, re ipsa inferentem effectum. Habuerunt namque gratiam efficacem, sed in solo intellectu existente, quæ tamen consensum voluntatis infallibiliter impetraret: tales autem illustrationem intellectus non habuit Adam, vel Angelus lapsus; quod si habuissent, sicut Angelus bonus habuit, etiam ipsi per liberum arbitrium steriles, sicut ipse steriles, & dominum perseverantes accepissent, prout ille accepit; ita ut illi cogitationi vici tri, ejusque auctori Deo adseribenda sint Angelorum merita, perseverantia, atque dilectione.

Rogat aliquis: cur ergo Augustinus dixit, quod Deum Adamo & Angelis reliquie suam voluntatem, non autem homini corruptio? Respondet: non ob aliam causam, quæ quia voluntas innocens haud indigebat novā gratiam voluntatis; sed sola illustratione intellectus, at vero voluntas corrupta indiget novā gratiam intem, quæ immediatè à Deo cauterit in voluntate. Nam, ut ait S. Aug. lib. de Corrupt. & Grat. c. 12. Si in tanta infirmitate vita hujus, in qua tamen infirmitate proper elationem reprimendum perfici virtutem oportebat, ipsi retinqueretur voluntas sua ut in adjutorio Dei, sine quo perseverare non possent, manerent, si vellent, ne Deus in eis operari ut vellent, inter tot & tantas tentationes infirmitate sua voluntas ipsa succumberet, & ideo perseverare non possent (id est, non perseverarent) quia deficientes infirmitate nec vellent, aut non ita infirmitate voluntatis, ut possent, id est, ut facerent, quod vellent facere.

Aque enim hic festinè cognoscitur, quarè S. Aug. lib. de Corrupt. & Grat. c. 11. dicat, Angelos sanctos steriles per liberum arbitrium, & gloriam fuisse mercedem meriti, ibi: Sed quia nolunt permanere (Adam) profecti ejus culpa est, cuius meritum fuisse, si permanere voluisset; sicut fecerunt Angelis sancti, qui, cadentibus aliis per liberum arbitrium, per liberum arbitrium steterunt ipsi, & hujus

mansionis debitam mercedem recipere meruerunt, tandem scilicet beatitudinis plenitudinem, quâ eis certissimum sit, semper se in illa esse manentes. Per liberum, inquit, arbitrium, instructum innocentia, & naturali possibilitate, hoc est, gratia habituali, & aliis dotibus steterunt ipsi absque nova gratia interna voluntatis cum sola celesti illustratione congrua. Pro quo.

Nora, Aug. lib. de Peccatorum merit. c. 37.

Voluntatem sanam vocare Mentis valentiam, ibi: Sed agitur de illius (Adami) mentis quadam valentia usque rationis, quo praceptum Dei legemque mandati & docili Adam caperet, & facile posset custodire, si vellat. Et lib. 11. de gen. ad litt. appellat posse natura, item, possibiliter naturalem. Unde Cœlestinus Papa in Epist. ad quosdam Gallicarum Episcopos pro prospero & Hilario cap. 3. (aliis 4.) ait In prævaricatione Adae omnes homines naturalem possibiliter, & innocentiam perdidisse. Et Aug. Epist. 107. loquens de natura sana, inquit: Quam totam perdidit in semetipso primus Adam. Ubi indubie naturam accipit, ut instructam seu ornatam à Deo gratia habituali, & aliis dotibus. Proinde rectè dicit Concil. Araus. 11. can. 21. Ideo Christus non gratis mortuus est, ut & lex per illum impleretur, qui dixit (Matth. 5. v. 17.) Non veni legem solvere, sed adimplere; & natura per Adam perdita reparare. Et verò quid aliud haec reparatio naturæ perditæ, quam justificatio? Ergo sub natura intelligi. Concil. gratiam habitualē. Hinc naturaliter illo sensu fit, quod procedit à voluntate, instructa dotibus, quas in prima creatione Adam accepérat.

Eodem quoque sensu libertatis ac liberi arbitrii nomina usurpantur, videlicet, ut significent voluntatem instructam gratia habituali, & aliis dotibus in prima creatione acceptis. Aug.

lib. Nat. & Grat. c. 43. loquens de Adamo: Quis

(inquit) eum nescit sanum & inculpabilem factum,

& libero arbitrio, atque ad justitiam vivendum potest.

Et quid agitur, quem semivivum latrones reliquerunt. Rursum iter.

2. de Verb. Apostoli: Verum est, magnas liberi arbitrii vires homo, cum conderetur, accepit. Et lib. 14. de Civit. c. 11. Tale datum est à Deo (liberum arbitrium) quod amissum proprio vitio, nisi à quo dari potuit, reddi non potest.

Liberitas ergo, de qua S. Doct. ait lib. 2. Operis imperfeci: Ad bonum opus liberum Adam condidit, præter facultatem naturalem, duo complectitur, scilicet habitualē voluntatis gratiam, & omnis infirmitatis concupiscentialis absentiam. Et quia, quæ ratione Adamum condidit liberum ad bonum opus, eadem etiam condidit Angelum; ideo dicit Aug. Angelum bonum steriles per liberum arbitrium, instructum scilicet, sicut ante dixi, innocentia, & naturali possibilitate, id est, ornatum gratia habituali, & aliis dotibus. Arque eodem sensu

Quare Aug. condit Angelum bonum liberum arbitrium.

260. Aug. dicit Angelum bonum liberum arbitrium.

Et quia bona opera naturæ integræ peculiari modo dicuntur merita, scilicet humana, quia videlicet profecta à naturali possibilitate. Nunc autem

meritum non est amplius humanum; quia, amissum per peccatum illa naturali possibilitate, nescit

merita.

Universitätsbibliothek Paderborn

Quare bona opera naturæ integræ peculiari modo dicuntur merita.

natura integræ dicuntur merita.

terga dicuntur merita.

ritus dicuntur merita.

cessè est Deum per novam gratiam internam voluntatis, quæ ipsam sanet, donare possibilitatem efficiendi boni operis; ac propterea meritum jam appellatur gratuitum omnino & divinum. Appositè D. Aug. lib. de Praedest. SS. c. 15. Humana hic merita contineantur, quæ pertinet per Adam; & regnet, quæ regnat, Dei gratia per Iesum Christum Dominum nostrum.

Ex his etiam patet; quare S. Doctor beatitudinem respectu statutus innocentia potius mercedis ac præmii locum obtinere dicat, quam doni & gratiæ: sic enim act. 11. de Corrept. & Grat. in fine: Quid erit autem liberius libero arbitrio, quando non poterit servire peccator, quo futura erat & homini, sicut facta est & Angelis sanctis merces meriti? Nunc autem per peccatum perditio bono (id est humano) merito (quia perdita naturalis possiblitas & innocentia) in his, qui liberantur, factum est donum gratia, quæ merces meriti futura erat.

Hereculè inter meritum, & mercedem est quasi naturalis connexio; quia autem in hoc statu meritum peculiariter modo gratia tribuitur, ipsa quoque beatitudo æterna, specialiori jure gratia appellatur. Unde illud S. Aug. de Grat. & libero Arbitr. c. 9. Si vita bona nostra nihil aliud est, quam Dei gratia, sine dubio & vita æterna, quæ bona vita redditur, Dei gratia est: & ipsa enim gratia datur, & gratia data est illa, cui datur. Cæterum Richardus sup. §. 5. quāvis puer, jam dicta de adjutorio quo, & sine quo non vera esse, si intelligantur de gratia requista ad bonam voluntatem suscipiendam; atamen, si sermo sit de adjutorio perseverantie, prout est apud Aug. lib. de Corrept. & Grat. c. 10. 11. & 12. docet, aliquid aliud esse adjiciendum ex mente D. Aug. Pro quo.

Notat Primo, aliam esse gratiam excitantem, quæ bonum voluntatis motum in potentia voluntatis excitat, aliam adjuvantem, quæ, excitato acceptoque bona voluntatis motu, hominem jam volentem conantemque adjuvat, ut vel efficiat quod voluerit, vel ut fortius velit, quā velle coepit. Colligitur ex D. Aug. lib. 1. Retract. c. 9. Lib. de Grat. & libero Arbitr. c. 20. & Lib. de Grat. Christi c. 19. ita ut nihil clarissit, quā adjuutorium propriè esse respectu voluntatis jam volentis conantique; sed adolescentis adhuc & infirma, quæ ut possit id, quod voluit, gratiæ debet adjuvante roborari. Quòd spectat illud D. Bernardi Lib. de Grat. & libero Arbitr. Conatus liberis arbitrii casis sunt ad bonum, si non adjuventur, nulli, si non excitentur.

Notat Secundò, divisionem gratiæ in prævenientem, & subsequenter coincidere cum præcedenti divisione, ita ut præveniens sit gratia, quæ prævenit omnem etiam primum voluntatis motum bonum, quæ voluntas hominis præparatur ad datum, quæ Deus in homine operatur & velle: gratia verò subsequens, quæ consequitur illa inchoata studia bonæ voluntatis, eaque tanquam infirma foveat, juvat, roborat, donec perfecta robustaque voluntas ef-

ficiatur. Notat Tertiò; gratiam operantem & cooperantem confundi cum præveniente, & velle & subsequente, juxta illud D. Aug. Lib. de Grat. & libero Arbitr. c. 17. Et qui ipsam, sif parva, dare coperas (charitatem) nisi ille, qui preparavit, & cooperando perficit, quod operando incipit; quoniam ipse, ut velimus, operatur incipiens, qui voluntibus cooperatur perficiens.

Denique advertit, dictas divisiones omnia suum habuisse ex hæresi Semipelagianorum, qui dicebant, nostrum esse velle, credere, prævenire, quā Dei gratia nos incipiatur adjuvare. Item, ut ipsum velle non in homine Deum inchoaret, sed ut ab homine nascatur expectare, ita ut idem quis adjuvetur, quia voluit, non idem quia adjuvatur, velit. Cujus controversia Catholicos inter atque Semipelagianos summam hinc rebus complectitur S. Aug. Vtrum præcedat haec gratia, an subsequatur hominis voluntatem, hoc est, si plenius id eloqueretur, utrum id nobis detur, quia volumus, an per ipsam etiam hoc Deus efficiat velimus.

His suppositis, affert præfatus Auctor, iudiciorum perseverantie primo homini & Angelis concessum in statu innocentia non suffit prævenientem, quæ efficeret ut velle, sed adjuvantem ranrum, & cooperantem, quæ sufficiat bonam voluntatem confirmare, ut que corroboraretur; nam, ut sup. dictum est, summa sola illustratione intellectus poterat voluntas innocens sine nova gratia interna voluntatis exercere bonam voluntatem; ut autem illam voluntatem constanter teneret, & in illa perseveraret, indigebat novâ gratiâ voluntatis, corroborante seipso & perficiente, quod jam inceptum erat; ut enim Aug. ait Enchir. c. 16.

Eisti peccatum in solo libero arbitrio erat iniquum, non tamen iustitia restringens sufficiat liberum arbitrium, nisi participatione immutabilis boni divini adjuvoretur. Sicut enim meritis in homini potestate, cum velit, nemo est enim, qui non seipsum, ut nihil aliud dicam, vel non rescende posset occidere; ad vitam verò tenendam voluntas non satis est, si adjuatoria sive alimentorum, sive quarumcunque tutaminum defint. Sic homo in pacifico (eadem est ratio Angeli) ad se occidendum, relinquendo iustitiam, idoneus erat per voluntatem, ut autem ab eo teneretur vita iustitia, parum erat velle, nisi ille, qui eum fecerat, adjuvara. Et Ser. 3. de adjutoriis Verb. Apostoli cap. 10. Volo ut velis; sed non sufficit ut velis. Adjuvandus es, ut plenè velis, & imples quod velis. Ergo gratia Adamo data non erat ad volendum, sed ad perseverantem voluntatem, juxta illud Hilarii in Epist. ad S. Aug. Illum integris viribus voluntatis juvare gratia relinem, sine qua perseverare non poterat. Quz licet ex Massiliensem perlona dicat Hilarius, veram tamen continet sententiam D. Aug. de gratia primi hominis.

Probatur clarissime ex lib. de Corrept. & Grat. cap. 11. Tunc ergo dederat homini (idem est de Angelo) Deus bonam voluntatem; in illa quippe cum fecerat, qui fecerat rectum. Dederat & adjuvavit, sine quo in ea non posset permanere livellum, ut autem

vellet, in ejus libero reliquit arbitrio. Posset ergo permanere, si vellet, quia non deerat adiutorium per quod posset, & sine quo non posset perseveranter bonum tenere, quod vellet. Ergo non requirebatur, ut vellet, sed ut perseveranter bonum teneat. Erideo subdit: Sed quia noluit permanere, profecto ejus culpa est, cuius meritum sufficit, si permanente voluisse. Atque ita intelligi debet, quod ibidem ait: Nec ipsum ergo Deus esse voluntas sine gratia, quam reliquit in ejus libero arbitrio. Quid ita? Quoniam liberum arbitrium ad malum sufficit; ad bonum autem (supple, perseveranter tenendum) parum (aliás, nihil) est, nisi adiutorum ab omnipotenti bono. Et post pauca: Tali quippe erat adiutorium, quod desereret, cum vellet, & in quo permaneret, si vellet, non quo fieri vellet. Quippe ad bonam voluntatem non indigebat novâ gratiâ, sed tantum ad perseverandum in ea.

Natura itaque adiutorii perseverantiae est, ut volenti quidem tribuat posse; ad voluntatum verò nihil prorsus conducat. Quod declarat August. cap. 12. exemplo alimentorum, dicens: Nam sine alimentis non possumus vivere, nec tamen, cum affuerint alimenta, eu sit, ut vivat, qui mori valuerit. Quia videlicet alimenta non dant velle, sed solum posse, si vellet affuerit. Hinc concludit August. Prima itaque homini, qui in eo bono, quo factus fuerat rectus, accepérat posse non pectare, posse non mori, posse ipsius bonum non deserere, datum est adiutorium perseverantiae, non quo fieret, ut perseveraret, sed fine quo per liberum arbitrium perseverare non posset. Id est, si ne quo nos posset perseverare, etiam si vellet: quemadmodum sine arbore vita non poterat semper vivere, etiam si vellet; & cum ea poterat semper vivere, si voluisse; sed quia noluit, non semper vixit. Quod clarius explicat Ezech. cap. 106. Sicut mori est in hominibus potestate, &c. vide supra.

Ex his iam manifestum est, quid sit adiutorium quo; nimis, quod non solum dat voluntati, ut possit, quod jam volebat; sed etiam ut velit, sic ut comprehendat famul gratiam existentiam, & adjuvantem. Hoeque adiutorium datur homini lapsi. Est quippe (ut ait August. d. cap. II.) in nobis per hanc Dei gratiam in bona recipiendo, & perseverante tenendo non solum posse, quod volumus; verum etiam velle, quod possumus. Quod non fuit in homine primo; nam enim horum in illo fuit, alterum non fuit: namque ut reciperes bonus (scilicet amorem eam, cum quo Deus eum creaverat) gratia non egabat, quia nondum perdiderat (istud bonum) ut autem in eo permaneres, egabat adiutorio gratia, sine quo id omnino non posset, & acceptare posset, si vellet; sed non habuit velle quod posset, non si habuisset, perseverasset. Posset enim perseverantiam, si vellet: quod ut nollet de libero arbitrio, quod tunc ita liberum erat, ut bene velle posset, & male.

Ubi nota, ly posse, non designare possibilitatem volendi, ut sensus sit, adiutorium si-

ne quo nos dedisse tantum posse velle; adiutorium autem quo posse velle, & actu velle: nam August. non dicit: Est in nobis per hanc Dei gratiam non solum posse velle, verum etiam velle; sed: Non solum posse, quod volumus, verum etiam velle quod possumus & quod longè diversum est, ut patet consideranti. Et d. cap. 12. de Sanctis ita loquitur: Eis non solum dat adiutorium, quale primo homini dedit, sine quo non possint perseverare, si velint; sed in eis etiam operatur & velle; ut, quoniam non perseverabunt, nisi & possint & velint, perseverandi eis possibilis, & voluntas divina gratia largitate donetur. Non ait, possibilis voluntatis, sed, perseverandi possibilis. Ergo aliud est posse velle, & posse quod volumus, id est, posse perseverare, iupposito, quod velimus perseverare.

Aliter contigit in Adamo, cui, cum voluntatem perseverandi sine nova gratia posset elucere, sola perseverandi possibilis donata est. Tales quippe vires (auditus August. iup.) habebat ejus voluntas, qua sine ullo fuerat instituta peccato, & nihil illi ex se ipso concupiscentia resistebat, ut dignè tanta bonitati, & benevivendi facilitati perseverandi committeretur arbitriam. Modò autem propter concupiscentiam resistentem homines perseverare non possent; Quia deficiente infirmitate (ut ibidem dicitur) nec velint, aut non ita velint infirmitate voluntatis, ut possent. Duplex enim est voluntatis infirmitas. Prima, quâ ne minimum quidem conatum salutarem exercere potest, nî delectatione ecclœsi præveniatur. Secunda, quâ non potest integrè velle, nisi ejusdem gratie beneficio adverteris reluctantem concupiscentiam corroboretur.

Hinc sequitur apud August. sup. Subvenitum est igitur infirmitati voluntatis humanae, ut dinâ gratia indeclinabiliter, & insuperabiliter ageretur; & id quâvis infirma, non tam deficeret, neque adversitate aliqua vinceretur. Ita factum est, ut voluntas hominis invalida & imbecilla in bono adhuc parvo perseveraret per virtutem Dei, cum & voluntas primi hominis fortis & sana in bono ampliore non perseveraverit, habens virtutem liberi arbitrii, quamvis non futuro adiutorio Dei, sine quo non posset perseverare, si vellet; non tamen tali, quo in illo Deus operaretur ut vellet. Fortissimo quippe dimisit atque permisit facere, quod vellet; infirmis servavit, ut, ipso donante, invictissime, quod bonum est, vellet, & hoc deserere invictissime nollent.

Itaque, ut imponamus finem, agnoscat Riedhardus hoc loco aut certè videretur agnoscere novum adiutorium, seu gratiam internam vocat finalis Anthonii Riedhardi. l. 1. cap. 3. l. 3. videtur docere, ad perseverandum latius suisse coelestem illuminationem, per quam ita Deus

li. 1. voca-

Expendit.
tur verba
S. Augusti
ni.

272.

Adamo sola
possibilis
habebat ejus voluntas, qua sine ullo fuerat instituta
peccato, & nihil illi ex se ipso concupiscentia
resistebat, ut dignè tanta bonitati, & benevivendi
facilitati perseverandi committeretur arbitriam.

perseveran-

di est dona-

ta.

Duplex est
infirmitas
voluntatis.

273.

Colligitur
ex D. Aug.

tur;

et

vocaverit Angelos prædestinatos, quemadmodum sciebat eis congruere, ut vocantem non respuerent, id est, ut perseverarent in amore casto, cum quo creati ab ipso fuerant. Nam ut ait D. August. lib. 12. de Civit. cap. 9. *Sine bona voluntate, hoc est, Dei amore (utique actuall) nunquam sanctos Angelos fuisse, credendum est.* Et istam (interrogat ibidem S. Doct.) quis fecerat, nisi ille, qui eos cum bona voluntate, id est, cum amore casto, quo illi adherent, creavit, simul in eis & condens naturam, & largiens gratiam?

275. Ubi, juxta præfatum Auctorem loco mox Cit. cap. 8. num. 3. nomine gratiæ intelligit, non gratiam habitualem; sed vel ipsum amorem easum (soler enim S. August. bonum opus, quod per gratiam Deus operatur, gratiam appellare) vel certè adjutorium gratia efficacis, à qua producebatur ille amor castus. Cùm enim voluntas ex se sit improportionata actui supernaturali, neque in priori natura habueri habitum supernaturale, debuit elevari per gratiam actualem supernaturalem, suppletem vicem habitus: quemadmodum de facto voluntas hominis lapsi elevatur ad producendum actum supernaturale proximè disponentem ad habitum justificantem.

Postquam autem Angeli instruti erant habitibus supernaturalibus Fidei, Spei, & Charitatis, jam poterant sine nova gratia voluntatis tam excitante, quam adjuvante elicere actus supernaturales, in ilisque perseverare, posita efficiaci illustratione intellectus; & ideo perseverantia Angelorum specialiori modo adseritur à D. August. libero arbitrio; amor autem castus, quo in creatione sua Deo adhæserunt, potius adjutorio seu gratiæ Dei, quam libero arbitrio. Interrogas: quomodo ergo benè dicit S. Fulgentius, Deum in Angelis operatum esse, ne caderent, ut sup. audivimus? Respondet: eodem sensu istud dici, quo à S. August. scribitur lib. 83. qq. q. 68. Quoniam nec velle quisquam potest, nisi admonitus & vocatus, sive intrinsecus, ubi nullus hominum videret, sive extrinsecus per sermonem sonantem, aut per aliqua signa visibiliter efficitur, ut etiam ipsum velle Deus operetur in nobis.

276. **277.** Duobus modis Deus operatur velle per gratiam.

Quomodo Deus fuit in Angelis operatum esse, ne caderent in Angelis ne caderent. S. Fulgen-

trum dicitur lib. 83. qq. q. 68. Quoniam nec velle quisquam potest, nisi admonitus & vocatus, sive intrinsecus, ubi nullus hominum videret, sive extrinsecus per sermonem sonantem, aut per aliqua signa visibiliter efficitur, ut etiam ipsum velle Deus operetur in nobis.

Duobus enim modis dicitur Deus ipsum velle per gratiam operari; alter proprius est ac verus, quo infirmam voluntatem, inspirata cœlesti delectatione, movere ac flectere, alter improprius est ac metaphoricus, quo voluntatem sanam ac robustam per objectam tantum cognitionem allicit. Quoniam autem duo illi modi plurimum inter se disserent; in hoe tamen conveniunt, quid Deus per utrumque à voluntate certò exprimat quidquid voluerit. Eninvero cognoscit Deus scientiam simplicis intelligentiæ tam gratiam cognitionis, quam gratiam volitionis, ad quām infallibiliter, sed liberè secuturus est effectus seu actio voluntatis. Aliqui requirunt hic scientiam medianam, sed eam suo loco rejecimus, & debet manere rejecta: sufficit prorlus, Deum seire possibile esse, hominem infallibiliter agere cum tali vel

tali gratia, cognitionis, aut volitionis, vel triuque simul.

Nihil ergo aliud voluit S. Fulgentius, quam Deum certò & infallibiliter quos voluit Angelorum à lapsu defendisse. Quomodo autem istud effecerit, an per solam gratiam intellectus, an per gratiam intellectus & voluntatis simul; utrum fuerit necessaria scientia intelligentiæ, vel falso fuerit scientia simplicis intelligentiæ, nec Fulgentius ibi, nec alii Partes hinc aut similibus verbis voluerunt definire.

Quando autem dicunt, Angelos steriles per liberum arbitrium, & corum perseverantiam potius proprie voluntati, quam gratiæ esse tribuendam, tunc sat clare docent, Deum non dedisse eis illam motionem voluntatis, per quam in hominibus lapsi verè ac propriè ipsum relile operatur. Illam, inquam, motionem fei gratiæ sanantem, atque positivè indebitam, quam debet natura vitiata potenter impelli, ut operetur, ut perseveret. Ea propter se justum alloquitur S. August. Serm. 12. de Dis. 15. Manens in te Christi artiglio instrumentum suum, lingua tuam relat gladium suum, utens corde tuo & voce tua tangam possessor. Et Cone. 1. in Psalm. 34. Deum alloquitur, dicens: Apprehendis animam meam, & debellas inimicos meos. Ac mox subdit: Et quid est anima nostra, quāvis splendida comparat eam cum jaculo seu francoa quāvis produita, quāvis acuta, quāvis uncta, quāvis luce sapientia & cœrificationis vibrata? Quid est ipsa anima nostra, aut quid potest, nisi Deus eam teneat, & pugnat illa?

Non ita loquitur D. Aug. de humana natura integra, vel Angelis, quos Deus cum gratia ipsius habituali, donisque insulis, & contentu proportionato dimisit iþorum arbitrio; sicut per ritissimi pictoris, qui, proposito exemplari, utne filii sanam & vegetam manum non teat, neque movere in pingendo; veluti tenet & movere manum infirmam & debilem alterius filii. Hinc Smil. sup. n. 654. censet, Aug. per liberum arbitrium, quo ait Angelos steriles, aut potuisse infestare, non intellexisse purum liberum arbitrium: sed (inquit) loquitur de libero arbitrio prout institutum era, & creatum in justitia originali, & nullum habebat bene operandi impedimentum; tunc enim ad perseverandum ei hæc sufficiebant cum generali concurso proportionato justitiae originali, sub qua nunc comprehendit omnes habitus virtutum ab initio infusos; & in hoc differre docte adjutoriu datum primo homini, & Angelo ab adjutorio, quod punc hominibus datur ad perseverandum; quia homines earent nunc justitia originali, habentesque intrinsecas & extrinsecas bene agendi impedimenta quāmplurima, ita ut abique speciali & quotidiano ac potentiori adjutorio ad perseverandum non sufficiant virtutes in justificatione infusæ cum generali concurso illis propominoato. Ita Theod.

Et n. 655. ait, Augustinus non distinguere liberum arbitrium contra omnem gratiam;

sed contra illam abundantiorum & efficacem gratiam, quæ nunc ad perseverandum datur hominibus electis. Neque hic Auctor uspiam expressè meminit coelestis illuminationis: sed neque ulibi expressè eam negat; unde verosimile est, ut notat Herinex Episcopus Irenensis 2. Part. Tract. 4. Disp. 2. num. 56. secundæ Edit. sub conetur, naturæ institutæ debito, fuisse ab ipso comprehensam. Et consequenter (inquit ille) perseverantia in Angelis, qui de facto perseverarunt, fuit speciale donum ultra actualem cooperationem Dei, saltem quod gratiæ congruæ intellectus sint præventi, & à calo divinitus protecti. Juxta quod (prosequitur) Stephanus Descampus lib. 3. contrâ Jansemium Disp. 3. fulè agens de hac materia per varia capita, distinguit adjutorium hominis integræ, & lapsi; quod ille non indigerit speciali motione voluntatis, præterquam ad primam volitionem bonam sive amorem castum, enī applicat August. lib. 12. de Civit. cap. 9. illud Apostoli: *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, &c.*

Sed si rectè inspicitur dñfusus Augustini, apparet, ipsum etiam loqui de bonæ voluntatis sive amoris casti perseverantia. Nec appetit solida differentia inter primam voluntatem bonam, & alias, nisi quod fortasse per illam se homo & Angelus disposerit ad donum gratiæ habitualis, ideoque fuerit elicitæ per actuæ adjutoriorum loco habitus, potius naturæ infusi, ut plures volunt. Hancenius illustrissimus. Quid ergo si habitus fuerit prius naturæ infusus? Censem, quod tunc Angelus & homo integer non indigent speciali motione voluntatis ad primam volitionem bonam? An forte habitus, aut aliiquid supplens vicem habitus, est specialis motio voluntatis in homine lapsi, quæ vocatur gratia efficaç, & operatur ipsum velle indeclinabilitate? Vel si non; ergo Angelus, & homo integer non habuerunt gratiam efficacem in voluntate respectu primæ volitionis, potius quam secundæ, aut tertiae.

Profectò habitus, atque adeò quod supplet vicem habitus, non dominatur voluntati, sed potius voluntas habitus; & idèò habitus non est adjutorium quo, sed tantum adjutorium sine quo non. Ergo Angelus, & integer homo non magis habuerunt adjutorium qm ad primam volitionem, sive ad amorem castum, cum quo creati sunt, quam ad secundam, aut tertiam volitionem. Hæc dispice; & ocyus cognosces, quæ omnia sint incerta, quæ tam fuit ab Aliquibus hie disputantur.

Hoc certum est, hominem lapsum indigere potentiori gratiæ ad perseverandum, propter rebellionem appetitus sensitivi, sive somitem aut concupiscentiam, quæ mansit ex peccato originali, dicente D. August. Lib. de Cor. & Grat. cap. 12. Nunc vero posteaquam est illa magna peccati merito amissa libertas (scilicet, ut ait lib. 1. Cont. duas Epist. Pelag. cap. 2.

Habendi plenam cum immortalitate justitiam) etiam majoribus donis adjuvanda remansit infirmitas. Et cap. 11. ejusdem Lib. Prindè eis non interim latiore nunc, verum tam potentiore gratiæ indigeni isti, scilicet homines lapsi. An autem gratia Angeli & hominis in statu integro fuerit intellectus tantum, vel etiam voluntatis, ubi Scriptura proloquitur? Nusquam gentium. tamquam placitum, aliquos Angelos steriles in veritate, ne incerum in qua conditi erant, alios ab illa veritate defecisse; constat quoque ex Scriptura, primum parentem, & nos omnes in illo, justitiam originalem, quam in sua creatione accepérat pro se & suis posteris, transgrediendo præceptum Dei, quod facillime poterat adimplere, amissus.

Reliqua, quæ hie disputantur ab Augustino, videntur esse extra auctoritatem Scripturæ, ut benè notat Eustius i. Dist. 41. S. 14. ^{285.} *Eust. ad D. Aug.* ubi agens de prædestinatione Angelorum, postquam respondisset ad dicta D. August. sic inquit: Quod si nihilominus adhuc contendat aliquis, Augustini verba, quæ objecta sunt, hue inflesti non posse, puterque eum revera alterius esse sententia, tum respondebimus, ea quæ de adjutorio primi hominis & Angelorum obseurius, & ut videtur, extra Scripturæ auctoritatem; ab illo disputata sunt, ad hoc, ut ex ea comparatione gratia nostræ per Christum reparacionis magis emineret, non debebare præjudicare doctrinæ, quæ apud alios Patres, ipsumque D. Thom. in hujusmodi rebus exactissimum Doctorem, expressior repetitur, & maximè propter rationes, in eam partem gravissimas, & ut nobis videtur, insolubiles, &clarè in Scriptura fundatas. Sie ille.

Cum ergo verba D. August. in haec materia obseuriora sint, quis mihi meritò succedat, ^{Interpretatio verborum S. Aug. Responso} si ea sic interpretatus fuero, ut non officiant Conclusioni nostra? Et si quæris, quæ sit ista interpretatio; jam edifisco. Deus ab initio dederat homini bonam voluntatem, hoc est, volitionem; in illa quippe eum fecerat, qui fecerat rectum. Dederat & adjutorium coelestis illuminationis, & gratiæ habitualis, sine quo in ea non posset permanere, si veller; ut autem veller, in ejus libero reliquit arbitrio. Posset ergo permanere, si veller; quia non deerat adjutorium, per quod posset, & sine quo non posset bonum tenere, quod veller. Sed quia noluit permanere, profectò ejus culpa est; cuius meritum fuisse, si permanere voluisset, sicut fecerunt Angeli sancti, qui, eadentibus aliis per liberum arbitrium ab amore superioris immutabilis boni (vel, ut Gelasius Pontifex ait: *A divina, quæ illuminabantur, gratia & participatione*) per liberum arbitrium, instructum innocentia & naturali possibiliitate, steterunt ipsi in amore superioris immutabilis boni, amplius, hoc est, efficaci adjutorio gratiæ actualis adjuti, & hujus mansionis debitam mercetem recipere meruerunt, tantam scilicet beatitudinis plenitudinem, quæ eis certissimum sit,

semper se in illa esse mansuros. Cui hæc exposicio displiceret, querat doctiores, sed eaveat, ne inveniat præsumptores.

287. *Angeli fuerunt prædestinati ante prævisa merita, simili ratione, quā homines & Enimvero hoc efficax adjutorium gratia & merita simili ratione, quā homines.*

Quis jam non videt, Angelos, secundum hanc expositionem, prædestinatos fuisse ante prævisa merita, simili ratione, quā homines? Enimvero hoc efficax adjutorium gratia & merita simili ratione, quā homines.

Actualis, quod erat omnino necessarium, ut per liberum arbitrium Angelii starent, sicut principium omnis eorum meriti, ac proinde non poterat cadere sub meritu, ut suo loco dicunt est de prima gratia actuali hominis lapsi. Sicut ergo propter hanc gratiam, quæ non cadit sub merito, prædestinatio hominis lapsi dicitur gratuita in intentione; sic indidem propter istud adjutorium dici debet prædestinationis Angelorum gratuita in intentione; atque adeò eadem est ratio Angelorum, & hominum quoad easam prædestinationis ex parte illorum, quod & non aliud intendit nostra Conclusio.

288. *Deducitur ex verbis S. Fulgentii lib. 2. ad Trasim. cap. 2.) uniformi cunctos (Angelos) opprimi potuisse ruina confortio, nisi quos vellit (vitis congruis alloquens, aut alia via) à casu pravitatis virtus illa defendere, qua sola naturaliter mutari depravare non posset. Non ait: Quos liberum arbitrium defendere, sed, Virtus illa defendere. Et que ista virtus? Non alia (virtus) stantem Angelum (necdum indignum ac male meritus) à ruina potuit custodiare, nisi illa (inquit idem Sanctus eod. Lib. cap. 3.) qua lapsum hominem (jam positivè indignum ac male meritus) post ruinam potuit reparare. Vna est in utroque gratia operata, in hoc ut surgeret, in illo ne caderet: in illo ne vulneraretur, in isto ut sanaretur: ab hoc infirmitatem repulit, illum infirmari non finit: ut qui gloriantur, non in seipso, sed (ut ait Apostolus 1. Cor. i.) in Domino glorieantur. Quid ita? Cum cognoscit (ut Sup. dixi ex D. August. lib. 11. de Gen. ad Lit. cap. 8.) non suum, sed illius esse, non solum ut sit, verum etiam ut non nisi ab illo bene sibi sit, à quo habet ue-*

fit. Finio Conclusionem & disputationem hisce verbis ejusdem S. Doct. Concione 2. in Psalm. 70. quæ adhuc alibi recitavi: In alio quidem cali sunt, in aliis Angeli sunt; sed Deo, non sibi debent quod sunt; Deo, non sibi debent, quod vivunt; Deo, non sibi debent quod iusti vivunt; Deo, non sibi debent quod beati vivunt. Quapropter hæc est nostra, omniumque Sanctorum Angelorum, in conspectu throni Dei procidentium, confessio: Benedictio, & claritas (id est, gloria) & sapientia, & gratiarum actio, honor, & virtus, & fortitudo Domini nostri in facula facultor. amen.

Transcamus ad disputationem quartam, quæ erit de Fide: cuius unica radix est prædestinationis, uti cum S. August. stabilissimum sup. Secc. 5. num. 256. & seq. Radicem ergo prædestinationis sequitur arbor Fidei. Disputavimus quoque in præcedentibus varia, è praecipuis Fidei mysteriis, quorum difficultates non exhaustimus. Ut pius Lector hæc quoque Mysteria firmiter teneat & nullatenus dubitet, subiungimus scutum Fidei. Spectat etiam Fides ad Theologiam spiritualem viatorum quam maximè; uti & ad Materiam de Deo, cum variari soleat virtus divina & Theologica, sicut spes & charitas. Ratio est, quia haec tres virtutes sunt propriæ Christianis, qui soli sunt veri filii Dei cultores per fidem, spem & charitatem. Unde S. August. Enchir. cap. 30. ad interrogacionem: Quoniam modo si colendum Deus? Resp. fide, spe, charitate colendum Deum. Et cap. 6. ait: Vi igitur ad illa tria redeamus, per quæ discimus colendum Deum, fidem, spem, charitatem: sicut est, ut dicatur, quid credendum, quid sperandum, quid amandum sit. Respicunt insuper virtutes haec pro objecto formaliter quod, ipsam Deum, & in substantia supernaturales sunt. Fides vero origine prima à Concil. Trid. Sec. 6. cap. 8. dicitur: Humanæ salutis initium, fundamentum & radix omnis Iustificationis, sine qua impossibile est placere Deo, & ad filiorum eius conseruare venire. Eritis ergo



DISPV.